



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CII. De præceptis cæremonialibus quantum ad suas causas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

terioris cultus, sicut etiā Rabbi Moyses Aegyptius dicit, \*Oportebat tamē nō ita attenuare corporalē cultū Dei, ut hoies ad cultū dāmonum declinarēt.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum ceremonia veteris legis conuenienter diuidantur in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias.*

**A**D QVARTVM sic proceditur. Videtur, quōd cæremonia veteris legis inconuenienter diuidantur in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruatias. Cæremonia n. veteris legis figurabant Christū: sed hoc solū habebat p̄ sacrificia, p̄ quæ figurabatur sacrificiū, quo Christus se obtulit oblationē, & hostiā Deo, ut dicit ad Eph. 5. ergo sola sacrificia erant cæremonialia.

¶ 2 Præ. Verus lex ordinabatur ad nouam: sed in noua lege ipsum sacrificium est sacramentum altaris, ergo in ueteri lege non debuerunt distingui sacramenta contra sacrificia.

¶ 3 Præ. Sacrum dicitur, quod est Deo dicatum, secundum quem modum tabernaculum, & uasa eius sacrificari dicebantur: sed omnia cæremonialia erant ordinata ad cultum Dei, ut dicitur est, ergo cæremonialia omnia sacra erant, non ergo una pars cæremonialium debet sacra nominari.

¶ 4 Præ. Obseruantia ab obseruando dicuntur: sed omnia præcepta legis obseruari debent, dicitur enim Deut. 8. Obserua, & caue ne quādo obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius, atque iudicia, & cæremonias. non ergo obseruantia debent poni una pars cæremonialium.

¶ 5 Præ. Solemnitates inter cæremonialia cōputantur, cum sint in umbrā futuri, ut patet ad Col. 2. similiter etiam oblationes, & munera, ut patet per Apostolum ad Heb. 9. quæ tamen sub nullo horum contineri uidentur. ergo inconueniens est, prædicta distinctio cæremonialium.

**S**ED CONTRA est, q̄ in ueteri lege singula prædicta cæremonie uocantur: sacrificia. n. dicuntur cæremonia, Num. 15. Offerat uitulum, & sacrificia eius ad libamēta, ut cæremonie eius postulant. De sacramento etiam ordinis dicitur Leui. 7. Hæc est vnctio Aaron, & filiorum eius in cæremoniis. De sacris etiā dicitur Exo. 38. Hæc sunt instrumēta tabernaculi testimonii in cæremoniis Leuitarū. De obseruatias etiā dicitur 3. Reg. 9. Si auersi fueritis non sequētes me, nec obseruantes cæremonias, quas proposui uobis.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ sicut supra dictum est, cæremonialia præcepta ordinantur ad cultū Dei: in quo quidem cultu cōsiderari possunt, & ipse cultus, & colentes, & instrumenta colendi. Ipse autē cultus specialiter cōsistit in sacrificiis, quæ in Dei reuerentiam offeruntur. Instrumenta autē colendi pertinent ad sacra, sicut est tabernaculū, & uasa, & alia huiusmodi. Ex parte autem colentiū duo possunt considerari, scilicet eorū institutio ad cultum diuinum, quod fit per quādam cōsecrationem uel populi, uel ministrorū, & ad hoc pertinent sacramenta: & iterū eorū singularis cōuersatio, per quā distinguuntur ab his, qui Deū non colunt, & ad hoc pertinent obseruantia: puta, in cibis, & uestimentis, & aliis huiusmodi.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quōd sacrificia offerri oportebat, & in aliquibus locis, & per aliquos homines: & totum hoc ad cultū Dei pertinet. Vnde sicut per sacrificia significatur Christus immolatus, ita etiam per sacramenta, & sacra illorum figurabatur.

**A**TUR sacramēta, & sacra nouæ legis, & per eorum obseruatias figurabatur conuersatio populi nouæ legis, quæ omnia ad Christum pertinent.

**A**D SECVDVM dicendū, q̄ sacrificiū nouæ legis, id est, Eucharistia, cōtinet ipsum Christū, qui est sanctificationis actor. Sanctificauit enim per suum sanguinē populū, ut dicitur ad Heb. ult. & ideo hoc sacrificium etiam sacramentū est: sed sacrificia ueteris legis non continebant Christum, sed ipsum figurabāt, & ideo nō dicuntur sacramēta, sed ad hoc designādū seorsum erant quædam sacramenta in ueteri lege, quæ erāt figuræ futuræ cōsecrationis: quāuis etiā quibusdā cōsecrationibus quædam sacrificia adiungerētur.

**A**D TERTIVM dicendum, quōd sacra, aut sacrificia, & sacramenta erant, sed quædam erant quæ erant sacra, utpote ad cultum Dei dicata, nec tamē erant sacrificia, nec sacramenta, & ideo retinebant sibi commune nomen sacrorum.

**A**D QVARTVM dicendum, quōd ea, quæ pertinebant ad conuersationem populi Deum colentis, retinebant sibi commune nomen obseruantiarum, in quantum a præmissis, deficiebant. Non enim dicebantur sacra, quia non habebant immediatum respectum ad cultum Dei, sicut tabernaculum, & uasa eius: sed per quādam consequentiam erant cæremonialia, in quantum pertinebant ad quādam idoneitatem populi colentis Deum.

**A**D QVINTVM dicendum, quōd sicut sacrificia offerbantur in determinato loco, ita etiam offerbantur in determinatis temporibus: unde etiam solennitates inter sacra computari uidentur. Oblationes autem & munera computantur cum sacrificijs, quia Deo offerbantur: unde Apostolus dicit ad Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in his, quæ sunt ad Deū, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.

QVAESTIO CII.

*De cæremonialium præceptorum causis, in sex articulos diuisa.*

**D**EINDE considerandum est de causis cæremonialium præceptorum.

**E**T CIRCA hoc queruntur sex.

- ¶ Primo, Vtrum præcepta cæremonialia habeant causam.
- ¶ Secundo, Vtrum habeant causam literalem, uel solum figuralem.
- ¶ Tertio, de causis sacrificiorum.
- ¶ Quarto, de causis sacramentorum.
- ¶ Quinto, de causis sacrorum.
- ¶ Sexto, de causis obseruantiarum.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum cæremonialia præcepta habeant causam.*

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quōd cæremonialia præcepta non habeant causam. Quia sup̄ illud Eph. 2. Legē mandatorū decretis euacuans, dicitur \*Glos. id est, euacuans legē ueterē quantum ad carnales obseruatias, decretis. i. præceptis euangelicis, quæ ex ratione sunt: sed si obseruatia ueteris legis ex ratione erāt, frustra euacuarentur per rationabilia decreta nouæ legis. non ergo cæremoniales obseruatia ueteris legis habebant aliquam rōnē.

¶ 2 Præ. Vetus lex successit legi naturæ: sed in lege naturæ fuit aliquod præceptū quod nullam rōnem habebat,

Rom. 4. legi

\* glos. inter linearis ibi.

habebat, nisi ut hominis obedientia probaretur, sicut F Aug. dicit 8. super Gen. ad literam de prohibitione ligni vitæ, ergo etiam in veteri lege aliqua præcepta danda erant, in quibus hominis obedientia probaretur, quæ de se nullam rationem haberent.

Lib. 8. ca. 6. & 65. to. 3.

¶ 3 Præter. Opera hominis dicuntur moralia secundum quod sunt a ratione: si igitur ceremonialium præceptorum sit aliqua ratio, non differentia moralibus præceptis. Videtur ergo quod ceremonialia præcepta non habeant aliquam causam: ratio enim præcepti ex aliqua causa sumitur.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 17. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos: sed ceremonialia sunt præcepta Dei, ergo sunt lucida, quod non esset, nisi haberent rationabilem causam.

Li. 1. Meta. ca. 2. tom. 3.

RESPON. Dicendum, quod cum sapientis sit ordinare secundum Philosophum in 1. Meta. Ea quæ ex divina sapientia procedunt, oportet esse ordinata, ut Apost. dicit ad Rom. 13. ad hoc autem, quod aliqua sunt ordinata, duo requiruntur. Primo quidem, quod aliqua ordinentur ad debitum finem, qui est principium totius ordinis in rebus agendis: ea enim quæ casu eveniunt præter intentionem finis vel quæ non serio fiunt, sed ludo, dicimus esse inordinata. Secundum, oportet quod id, quod est ad finem, sit proportionatum fini: & ex hoc sequitur, quod ratio eorum, quæ sunt ad finem, sumitur ex fine: sicut ratio dispositionis fertur sumi ex destinatione, quæ est finis eius, ut dicitur in secundo Phyl. Manifestum est autem, quod præcepta ceremonialia, sicut & omnia alia præcepta legis, sunt ex divina sapientia instituta, unde dicitur Deut. 4. Hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis. Unde necesse est dicere, quod præcepta ceremonialia sint ordinata ad aliquem finem, ex quo eorum rationabiles causæ assignari possint.

Lib. 2. Phy. tex. 88. to. 2.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod observantia veteris legis possunt dici sine ratione quantum ad hoc, quod ipsa facta in sui natura rationem non habebant, puta, quod vestis non conficeretur ex lana, & lino. Poterant tamen habere rationem ex ordine ad aliud, in quantum, si vel aliquid per hoc figurabatur, vel aliquid excluderetur: sed decreta novæ legis, quæ præcipue consistunt in fide & dilectione Dei, ex ipsa natura actus rationabilia sunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod prohibitio ligni scientiæ boni & mali, non fuit propter hoc, quod illud lignum esset naturaliter malum, sed tamen ipsa prohibitio habuit aliquam rationem ex ordine ad aliud, in quantum scilicet per hoc aliquid figurabatur: & sic etiam ceremonialia præcepta veteris legis habent rationem in ordine ad aliud.

AD TERTIUM dicendum, quod præcepta moralia secundum suam naturam habent rationabiles causas, sicut, Non occides, Non furtum facies: sed præcepta ceremonialia habent rationabiles causas ex ordine ad aliud, ut dicitur est.

In cor. arti.

ARTICVLVS II.

Utrum præcepta ceremonialia habeant causam literalem, vel figuralem tantum.

Ro. 4. le. 2.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod præcepta ceremonialia non habeant causam literalem, sed figuralem tantum. Inter præcepta ceremonialia præcipua erant circumcisio, & immolatio agni paschalis: sed utrumque istorum non habebat nisi

causam figuralem, quia utrumque istorum dicitur in signum. dicitur Gen. 17. Circumcideris carnis preputij vestri, ut sit in signum fœderis inter me & de celebratione Phasæ dicitur Exo. 13. Erat quidem in manu tua, & quasi monumentum ante oculos: ergo multo magis alia ceremonialia non habent nisi causam figuralem.

¶ 2 Præter. Effectus proportionatur suæ causæ: ceremonialia sunt figuralia, ut supra dicitur: ergo non habent nisi causam figuralem.

¶ 3 Præter. Illud quod de se est indifferens utrum non sic fiat, non potest habere aliquam literalem, sed quedam sunt in præceptis ceremonialibus non videntur differre utrum sic, vel sic fiat: est de numero animalium offendendum, & de iuliodi particularibus circumstantijs, ergo præcepta veteris legis non habent rationem literalem.

SED CONTRA. Sicut præcepta ceremonialia referuntur ad Christum, ita etiam historia veteris testamenti dicitur in figuram continentibus: sed in historijs veteris testamenti præsertim intellectum mysticum, seu figuralem, esse etiam lectus literalis, ergo etiam præcepta ceremonialia præter causas figurales, habebant etiam causas literales.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Ratio eorum, quæ sunt ad finem, oportet quod sumatur ex fine: autem præceptorum ceremonialium duplex. Ordinabatur enim ad cultum Dei pro tempore illo, & ad figurandum Christum: sicut etiam uerba prophetarum sic respiciebant præsens tempus, quod figuram futuri dicebantur, ut Hieron. dicit super. Sic igitur rationes præceptorum ceremonialium legis dupliciter accipi possunt. Vno modo cultus diuini, qui erat pro tempore illo observatus, & rationes illæ sunt literales, siue pertineant ad idolatriam cultum, siue ad rememoranda aliqua beneficia, siue ad insinuandam excellentiam dei: etiam ad designandam dispositionem mentis, quod requirebatur in colentibus Deum. Alio modo eorum rationes assignari, secundum quod ordinantur ad figurandum Christum: & sic habent rationes literales, & mysticas, siue accipiuntur ex ipso Christo, quod pertinet ad allegoriam: siue a populo Christiano, quod pertinet ad moralitatem: ad statum futuræ gloriæ, prout in eam introductum per Christum, quod pertinet ad analogiam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut in metaphoricæ locutionis in scripturis est literale, uerba ad hoc proferuntur ut hoc significent: significaciones ceremonialium legis, quæ sunt ad rememorandum beneficiorum Dei, propter quæ sunt, vel aliorum huiusmodi, quæ ad illum figurabatur, non transcendunt ordinem literalem: unde oportet quod assignetur causa celebratio Phasæ, quod est signum liberationis ex Aegypto.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procedit si ceremonialia præcepta essent data solummodo futurum, non autem ad presentialiter Dei colendum.

AD TERTIUM dicendum, quod in vniuersali habent rationem, autem quantum ad particulares condiciones, sunt ex arbitrio instituentium: ita etiam moralia determinaciones in ceremonialibus non habent aliquam causam literalem, sed solummodo in communi uero habent etiam causam literalem.

## ARTICVLVS III.

*Utrum possit assignari conueniens ratio caeremoniarum, quae ad sacrificia pertinent.*

**A**D TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod non possit conueniens ratio assignari caeremoniarum, quae ad sacrificia pertinent. Ea enim quae in sacrificium offerebantur, sunt illa quae sunt necessaria ad sustentandam humanam uitam, sicut animalia quaedam, & panes quidam; sed Deus tali sustentamento non indiget, secundum illud Psal. 49. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? ergo inconuenienter huiusmodi sacrificia Deo offerebantur.

**¶ 2 Præ.** In sacrificium diuinum non offerebatur nisi de tribus generibus animalium quadrupedum, scilicet de genere bouum, ouium, & caprarum, & de auibus communiter quidem turtur & columba. Specialiter autem in emundatione leprosi fiebat sacrificium de passeribus, multa autem animalia alia sunt eis nobiliora. Cum igitur omne quod est optimū, Deo sit exhibendum, uidetur quod non solum de istis rebus fuerint Deo sacrificia offerenda.

**¶ 3 Præ.** Sicut homo a Deo habet dominium uoluntatum & bestiarum, ita etiam piscium. inconuenienter igitur pisces a diuino sacrificio excluderentur.

**¶ 4 Præ.** Indifferenter offerri mandabantur turtures, & columbae. Sicut igitur mandabantur offerri pulli columbarum, ita & pulli turturum.

**¶ 5 Præ.** Deus est actor uitae non solum hominum, sed etiam animalium, ut patet per id quod dicitur Gen. 1. Mors autem opponitur uitae. non ergo debuerunt Deo offerri animalia occisa, sed magis animalia uiuentia, praecipue quia etiam Apost. monet Rom. 12. N. exhibeamus nostra corpora hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem.

**¶ 6 Præ.** Si animalia Deo in sacrificium non offerebantur, nisi occisa, nulla uidetur esse differentia qualiter occidantur. inconuenienter igitur determinatur modus immolationis, praecipue in auibus, ut patet Leuit. 1.

**¶ 7 Præ.** Ois defectus animalis uia est ad corruptionem, & mortem. si igitur animalia occisa Deo offerebantur, inconueniens fuit prohibere oblationem animalis imperfecti, puta, claudi, aut caeci, aut aliter maculosi.

**¶ 8 Præ.** Illi qui offerunt hostias Deo, debent de his participare, secundum illud Apost. 1. Cor. 10. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris; inconuenienter igitur quaedam partes hostiarum offerentibus subtraherentur, scilicet sanguis & aedeps, pectusculum & armus dexter.

**¶ 9 Præ.** Sicut holocausta offerebantur in honorem Dei, ita etiam hostiae pacificae, & hostiae pro peccato; sed nullum animal feminini sexus offerebatur Deo in holocaustum, fiebant tamen holocausta de quadrupedibus, quam de auibus. ergo inconuenienter in hostijs pacificis, & pro peccato offerebantur animalia feminini sexus, & tamen in hostijs pacificis non offerebantur aues.

**¶ 10 Præ.** Omnes hostiae pacificae unius generis esse uidentur. non ergo debuit poni ista differentia, quod quorundam pacificorum carnes non possent uesci in crastino, quorundam autem possent, ut madatur Leuit. 7.

**¶ 11 Præ.** Omnia peccata in hoc conueniunt, quod a Deo auertunt. ergo pro omnibus peccatis in Dei reconciliationem, unū genus sacrificij debuit offerri.

**¶ 12 Præ.** Omnia animalia quae offerebantur in sacri-

ficiū, uno modo offerebantur, scilicet occisa. non uidetur ergo conueniens, quod de terrae nascentibus diuersimode fiebat oblatio: nunc enim offerebatur spica, nunc simila, nunc panis, quandoque quidem coctus in clibano, quandoque in sartagine, quandoque in craticula.

**¶ 13 Præ.** Omnia quae in usum nostrum ueniunt, a Deo cognoscere debemus. inconuenienter ergo propter animalia, solum haec Deo offerebantur, panis, uinum, oleum, tus, sal.

**¶ 14 Præ.** Sacrificia corporalia expriment interius sacrificium cordis quo homo spiritum suum offert Deo: sed in interiori sacrificio plus est de dulcedine, quam repraesentat mel, quam de mordacitate, quam repraesentat sal. dicitur enim Eccles. 24. Spiritus meus super mel dulcis. ergo inconuenienter prohibebatur in sacrificio apponi mel, & fermentum, quod et facit panem sapidum, & praecipue ibi apponi sal, quod est mordacituum, & tus, quod habet saporem amarum. uidetur ergo, quod ea quae pertinent ad caeremonias sacrificiorum, non habeant rationabilem causam.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Leuit. 1. Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suauissimum Domino: sed sicut dicitur Sap. 7. Neminem diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat: ex quo potest accipi, quod quicquid est Deo acceptum, est cum sapientia. ergo ille caeremonias sacrificiorum cum sapientia erant, uelut habentes rationabiles causas.

**RESPON.** Dicendum, quod sicut supra dictum est, caeremoniae ueteris legis duplicem causam habe-

bant, unam scilicet literalem, secundum quod ordinabantur ad cultum Dei: aliam uero figuralem, siue mysticam, secundum quod ordinabantur ad figurandum Christum. Et ex utraque parte potest conuenienter assignari causa caeremoniarum, quae ad sacrificia pertinebant. Secundum enim quod sacrificia ordinabantur ad cultum Dei, causa sacrificiorum dupliciter accipi potest. Vno modo, secundum quod per sacrificia repraesentabatur ordinatio mentis in Deum, ad quam excitabatur sacrificium offerens. Ad rectam autem ordinationem mentis in Deum pertinet, quod omnia quae homo habet, recognoscat a Deo tanquam a primo principio, & ordinet in Deum tanquam in ultimum finem: & hoc representabatur in oblationibus & sacrificijs, secundum quod homo ex rebus suis quasi in recognitionem quod haberet ea a Deo, in honorem Dei ea offerebat, secundum quod dixit Dauid 1. Paral. uigesimo nono. Tua sunt omnia, & quod de manu tua accepimus, dedimus tibi. & ideo in oblatione sacrificiorum protestabatur homo, quod Deus esset primum principium creationis rerum, & ultimus finis, ad quem essent omnia referenda. Et quia pertinet ad rectam ordinationem mentis in Deum, ut mens humana non recognoscat alium primum actorem rerum, nisi solum Deum, neque in aliquo alio finem suum constituat: propter hoc prohibebatur in lege offerri sacrificium alicui alteri, nisi Deo, secundum illud Exod. uigesimo secundo. Qui immolat diis, occidetur, praeter Domino soli. & ideo de causa caeremoniarum circa sacrificia potest assignari ratio. Alio modo ex hoc, quod per huiusmodi homines retrahebantur a sacrificijs idolorum: unde etiam praecipua de sacrificijs non fuerunt data populo Iudeorum, nisi postquam declinauit ad idolatriam adorando uitulum conflatilem: quasi huiusmodi sacrificia sint instituta, ut populus ad sacrificandum proptus, huiusmodi sacrificia magis Deo, quam idolis

Art. praeced.

**D** **E**

lis offerret, unde dicitur Iere. 7. Non sum locutus est patribus uestris, & non praecepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocausti, & uictimatum. Inter omnia autem lapsa dedit, praecepiuum est, quod dedit filium suum. unde dicitur Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam aeternam: & ideo potissimum sacrificium est, quo ipse Christus seipsum obtulit Deo in odore suauitatis, ut dicitur ad Ephe. quinto. Et propter hoc omnia alia sacrificia offerebantur in ueteri lege, ut hoc unum singulare & praecepiuum sacrificium figuraretur, tanquam perfectum perimperfecta. unde Apostolus, dicit ad Heb. decimo, quod sacerdos ueteris legis eandem saepe offerebat hostias, quae nunquam possunt auferte peccata: Christus autem pro peccatis obtulit unam in sempiternum. Et quia ex figurato sumitur ratio figura: ideo rationes sacrificiorum figuratum ueteris legis sunt sumende ex uero sacrificio Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus non uolebat huiusmodi sacrificia sibi offerri propter ipsas res quae offerebantur, quasi eis indigeret. unde dicitur Isa. 2. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & hircorum, & agnorum nolui, sed uolebat ea sibi offerri, ut supra dictum est, tum ad excludendam idolatriam, tum ad significandum debitum ordinem mentis humanae in Deum, tum etiam ad significandum mysterium redemptionis humanae per Christum.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantum ad omnia praedicta ratio conueniens fuit quare ista animalia offerebantur Deo in sacrificium, & non alia. Primo quidem ad excludendum idolatriam: quia omnia alia animalia offerebant idolatrae diis suis, uel eis ad maleficia utebantur. Ista autem animalia apud Aegyptios, cum quibus conseruati erant, abominabilia erant ad occidendum, unde ea non offerebant in sacrificium diis suis. unde dicitur Exod. octauo. Abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. Oues enim colebant, hircos uenerabantur: quia in eorum signa demones apparebant. Bobus etiam utebantur ad agriculturam, quam inter res sacras habebant. Secundo, hoc conueniens erat ad praedictam ordinationem mentis in Deum: & hoc dupliciter. Primo quidem, quia huiusmodi animalia maxime sunt, per quae sustentatur humana uita: & cum hoc mundissima sunt, & mundissimum habent nutrimentum. Alia uero animalia uel sunt siluestria, & non sunt communiter hominum usui deputata, uel si sunt domestica, immundum habent nutrimentum, ut porcus, & gallina: solum autem id quod est purum, Deo est attribuendum. Huiusmodi autem aues specialiter offerebantur, quia habentur in copia in terra promissionis. Secundo, quia per immolationem huiusmodi animalium puritas mentis designatur, quia, ut dicitur in gloss. Leuit. primo. Vitulum offerimus, cum carnis superbia uincimus: agnum, cum irrationales motus corrigimus: hircum, cum lasciuia superamus: turturum, dum castitatem seruamus: panes azymos, cum in azymis sinceritatis epulamur. In columba uero manifestum est, quod significatur castitas & simplicitas mentis. Tertio uero, conueniens fuit haec animalia offerri in figuram Christi: quia ut in eadem glossa dicitur, Christus in uitulo offertur propter uirtutem crucis, in agno propter innocentiam, in ariete propter principatum, in hircu propter similitudinem

Cloa. ordi. pars a prim. element. ad I. c. Leu.

F carnis peccati. In turture & columba, dicitur turarum coniunctio monstratur uel in turturibus, in columba charitas significabatur, in gine, alipio ereditum per aqua baptismi figuratur.

AD TERTIVM dicendum, quod quod pisces, quod uiuunt, magis sunt alieni ab homine quam animalia, quae uiuunt in aere, sicut & homo: & pisces ex aqua extrahi, statim moriuntur, & non poterant in templo offerri, sicut alia animalia.

AD QVARTVM dicendum, quod in turturibus res sunt maiores quam pulli, in columbis autem uerso, & ideo ut Rabbi Moyses dicit, mandatum ferri turtures & pulli colubarum, quia optimum est optimum, Deo est attribuendum.

AD QVINTVM Dicendum, quod animalia in sacrificium oblata occidebantur, quia ueniunt in hominis occisa, secundum quod a Deo daturum mini ad esum, & ideo etiam igni cremabantur per ignem decocta sunt apta humano usui. Sed etiam per occisionem animalium significatur destructio peccatorum, & quod homines creati occisione peccatis suis, ac si illa animalia in eorum occiderentur, ad significandum in eorum peccatorum. Per occisionem etiam hominum malium significabatur occisio Christi.

AD SEXTVM dicendum, quod specialis modus occidendi animalia immolata determinabatur in excludendum alios modos, quibus idolatrae idolis immolabant. Vel etiam, ut Rabbi Moyses lex elegit genus occisionis, quo animalia immolabantur occisa, per quod etiam excluditur immiseriordia offerentium, & deterioratum uel occisorum.

AD SEPTIMVM Dicendum, quod quia maculosa solent haberi contemptui etiam homines, ideo prohibitum est, ne Deo in sacrificium offerrentur, quod est prohibitum erat, ne mercederentur, autem pretium carnis in domum Dei offerret. Et eadem etiam ratione non offerebantur ante septimum diem, quia talia animalia creata abortiuu, nondum plene consentientia proprietudinem.

AD OCTAVVM Dicendum, quod triplex eorum genus: quod dam erat, quod totum comburebatur, & hoc dicebatur holocaustum, quod uocabatur holocaustum. Huiusmodi sacrificium offerrebat specialiter ad reuerentiam maiestatis ipsius, & bonitatis eius, & conueniebat perfectione in impletionem consiliorum, & ideo totum comburebatur, ut sicut totum animal resolutum in uaporem sursum ascendebat, ita et significaretur totum non esse, & oia quae ipsius sunt, Dei dominio esse, & ei esse offerenda. Aliud autem erat sacrificium peccato, quod offerebatur Deo ex necessitate peccati, & conueniebat statui penitentiam in satisfactione peccatorum, quod diuidebatur in tres. Nam una pars eius comburebatur, alia uocabatur in usum sacerdotum, ad significandum quod pro peccato peccatorum sit a Deo per ministerium sacerdotum, nisi quod offerebatur sacrificium pro peccato totius populi, uel specialiter pro peccato sacerdotum, tunc enim totum comburebatur. Non comburebantur in usum sacerdotum uenire ea, quae pro peccato eorum offerebantur, ut nihil peccati in eis haberet, & quia hoc non esset satisfactio pro peccato. Si enim cederet in usum eorum, pro quo offerebatur, idem esse uideretur ac si non offerretur sacrificium uocabatur hostia pacifica, quae pro peccato Deo uel pro gratiarum actione, uel pro

prosperitate offerentium ex debito beneficii vel accipiendi, vel accepti: & conuenit statui proficientium in impletionem mandatorum. Et ista diuidebantur in tres partes, nam una pars incendebatur ad honorē Dei: alia pars cedebat in usum sacerdotum: tertia uero pars in usum offerentium, ad significadum, quod salus hominis procedit a Deo dirigentibus ministris Dei, & cooperantibus ipsis hominibus qui saluantur. Hoc autem generaliter obseruabatur, quod sanguis, & adeps non ueniebant neque in usum sacerdotum, neque in usum offerentium, sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris in honorē Dei, adeps uero adurebatur in igne, cuius ratio una quidem fuit ad excludendam idolatriam. Idolatra enim bibebant de sanguine uictimarum, & comedebant adipem, secundum illud Deuter. 32. De quorum uictimis comedebant adipem, & bibebant uinum libaminum. Secunda ratio est ad informationem humanae uitae. Prohibebat enim eis usus sanguinis ad hoc, quod horerent humani sanguinis effusionem: unde dicitur Genes. 9. Carnem cum sanguine non comedetis: sanguinem enim animarum uestrarum requiram. Et uero adipem prohibebatur eis ad uitam lasciuia: unde dicitur Ezech. 34. Quod crassum erat occidebatis. Tertia uero ratio est propter reuerentiam diuinam, quia sanguis est maximè necessarius ad uitam, ratione cuius dicitur anima esse in sanguine, adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat: & ideo ut ostenderetur, quod a Deo nobis est & uita, & omnis bonorum sufficientia ad honorē Dei effundebatur sanguis, & adurebatur adeps.

Quarta ratio est: quia per hoc figurabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis eius, per quam se obtulit Deo pro nobis. De hostiis autem pacificis in usum sacerdotis cedebat pectusculum, & armis dexter, ad excludendum quandam diuinationis speciem, quae uocatur sparulamantia, quia .i. in sparulis animalium immolatorum diuinabant, & similiter in ossibus pectoris: & ideo ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiam significabatur, quod sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad intruendum populum, quod significabatur per pectus, quod est regnum cordis, & etiam fortitudo ad sustentandum defectus, quae significatur per armum dextrum.

Ad ix. dicendum, quod quia holocaustum erat perfectissimum inter sacrificia, ideo non offerebatur in holocaustum nisi masculus: nam foemina est animal imperfectum. Oblatio autem turturum, & columbarum erat propter paupertatem offerentium: quia maiora animalia offerre non poterant, & quia hostiae pacificae gratis offerebantur, & nullus eas offerre cogebatur, nisi spontaneus: ideo huiusmodi aues non offerebantur inter hostias pacificas, sed inter holocausta, & hostias pro peccato, quas quandoque oportebat offerre. Aues etiam huiusmodi propter altitudinem uolatus congruunt perfectioni holocaustorum, & etiam hostiis pro peccato, quia habent gemitum pro cantu.

Ad x. Dicendum, quod inter omnia sacrificia holocaustum erat praecipuum, quia totum comburebatur in honorem Dei, & nihil ex eo comedebatur. Secundum uero locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato, quae comedebatur solum in atrio a sacerdotibus in ipsa die sacrificii. Tertium uero gradum tenebant hostiae pacificae pro gratiarum actione, quae comedebantur ipso die, sed ubique in Hierusalem. Quartum uero locum tenebant hostiae pacificae ex voto, quarum

**A** carnes poterant etiam in crastino comedi. Et est ratio huius ordinis, quia maximè obligatur homo Deo propter eius maiestatem: secundò propter offensam commissam: tertio propter beneficia iam suscepta: quarto propter beneficia sperata.

**AD XI.** dicendum, quod peccata aggrauantur ex statu peccantis, ut supra dictum est: & ideo alia hostia mandabatur offerri pro peccato sacerdotis, & principis, uel alterius priuatae personae. Est autem attendendum, ut Rabbi Moyses dicit, quod quanto grauius erat peccatum, tanto uilior species animalis offerebatur pro eo. Unde capra, quae est uilissimum animal, offerebatur pro idolatria, quod est grauissimum peccatum: pro ignorantia uero sacerdotis, offerebatur vitulus: pro negligentia autem principis, hircus.

**AD XII.** Dicendum, quod lex in sacrificiis prouidere uoluit paupertati offerentium, ut qui non posset habere animal quadrupes, saltem offerret autem, quam qui habere non posset, saltem offerret panem, & si hunc habere non posset, saltem offerret farinam, uel spicas. Causa uero figuralis est, quia panis significat Christum, qui est panis uiuus, ut dicitur Io. 6. Qui quidem erat sic ut in spica pro statu legis naturae in fide patrum, erat autem sicut simila in doctrina legis prophetarum: erat autem sicut panis formatus post humanitatem assumptam, coctus igne, id est, formatus Spiritu sancto in cribano ueteri Virginalis, qui etiam fuit coctus in sartagine per labores quos in mundo sustinebat, in Cruce uero quasi in craticula adustus.

**AD XIII.** dicendum, quod ea quae in usum hominis ueniunt de terra nascentibus uel sunt in cibum, & de eis offerebatur panis: uel sunt in potum, & de his offerebatur uinum: uel sunt in condimentum, & de his offerebatur oleum & sal: uel sunt in medicamentum, & de his offerebatur tus, quod est aromaticum & consolidatiuum. Per panem autem figuratur caro Christi: per uinum autem sanguis eius, per quem redempti sumus, oleum figurat gratiam Christi, sal scientiam, tus orationem.

**AD XIII.** Dicendum, quod mel non offerebatur in sacrificiis Dei, tum quia consueuerat offerri in sacrificiis idolorum, tum etiam ad excludendam omnem carnalem dulcedinem, & uoluptatem ab his qui Deo sacrificare intendunt. Fermentum uero non offerebatur ad excludendam corruptionem, & forte etiam in sacrificiis idolorum solum erat offerri. Sal autem offerebatur, quia impedit corruptionem putredinis: sacrificia autem Dei debent esse incorrupta, & etiam, quia in sale significatur discretio sapientiae, uel etiam mortificatio carnis. Tus autem offerebatur Deo, ad designandam deuotionem mentis, quae est necessaria offerentibus, & etiam ad designandum odorem bonae famae: nam tus & pingue est, & odoriferum. Et quia sacrificium zelotipiae non procedebat ex deuotione, sed magis ex suspitione, ideo in eo non offerebatur tus.

ARTICVLVS IIII.

**V**trum assignari possit certa ratio caeremoniarum, quae ad sacra pertinent.

**A**D QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod caeremoniarum ueteris legis, quae ad sacra pertinent, sufficiens ratio assignari non possit. Dicit enim Paulus Act. 17. Deus qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt, hic caeli & terrae cum sit Dominus, Prima Secundae S. Tho. FF non

9-73-art. 10.

In lib. Dux errantium.

D. 703. 716.

non in manufactis templis habitat. inconuenienter igitur ad cultum Dei tabernaculum, vel templū in lege veteri est institutum.

¶ 2 Præter. Status veteris legis non fuit immutatus nisi per Christum: sed tabernaculum designabat statū veteris legis, non ergo debuit mutari per ædificationem alicuius templi.

¶ 3 Præter. Diuina lex præcipiū debet homines inducere ad diuinum cultum, sed ad augmentum diuini cultus pertinet, quod fiant multa altaria, & multa tēpla, sicut patet in noua lege, ergo videtur, quod etiā in veteri lege non debuit esse solum vnum templū, aut vnum tabernaculum, sed multa.

¶ 4 Præter. Tabernaculum, seu templum ad cultum Dei ordinabatur, sed in Deo præcipiū oportet venerari vnitatem & simplicitatem. non videtur igitur fuisse conueniens, vt tabernaculum, seu templum per quædam vela distingueretur.

¶ 5 Præter. Virtus primi mouentis, quæ est Deus, primò apparet in parte Orientis, a qua parte incipit primus motus: sed tabernaculum fuit institutū ad Dei adorationem. ergo debebat esse dispositum magis versus Orientem, quàm versus Occidentem.

¶ 6 Præter. Exod. 20. Dominus præcepit, vt non facerent sculptile, neque aliquam similitudinem. inconuenienter igitur in tabernaculo, vel in tēplo fuerūt sculptæ imagines Cherubim, similiter etiā & arca, & propitiatorium, & candelabrum, & mensa, & duplex altare sine rationabili causa ibi fuisse videntur.

¶ 7 Præter. Dominus præcepit Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. & iterum: Non ascendes ad altare meum per gradus. inconuenienter igitur mandatur postmodum altare fieri de lignis auro, vel ære contextis, & tantæ altitudinis, ut ad illud nisi per gradus ascendi nō possit. Df. n. Exo. 27. Facies altare de lignis sethim, quæ habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres cubitos in altitudine, & operies illud ære. & Exod. 30. dicit: Facies altare ad adolēdum thymiamata de lignis sethim, vestiesque illud auro purissimo.

¶ 8 Præter. In operibus Dei nihil debet esse superfluum, quia nec in operibus naturæ aliquid superfluum inuenitur, sed uni tabernaculo, vel domui sufficit vnum operimentum, inconuenienter igitur tabernaculo fuerunt apposita multa tegumenta, scilicet cortinæ, saga cilicina, pelles arietum rubricatæ, & pelles hyacinthinæ.

¶ 9 Præter. Consecratio exterior interiorem sanctitatem significat, cuius subiectum est anima. inconuenienter igitur tabernaculum, & eius uasa consecrabantur, cum essent quædam corpora inanimata.

¶ 10 Præter. In ps. 33. dicitur Benedicam dñm in omni tēpore, semper laus eius in ore meo: sed solemnitates instituuntur ad laudandum Deum. non ergo fuit conueniens, vt aliqui certi dies stauerentur ad solemnitates peragendas: sic igitur videtur, quod cœremoniæ sacrarum conuenientes causas non haberent.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Hebr. 8. quod illi qui offerunt sibi legem munera, exemplari, & vmbra deseruiunt cœlestium, sicut responsum est Moyfi \* cum consummatet tabernaculum. Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est: sed valde rationale est, quod imaginem cœlestium representat. ergo cœremoniæ sacrarum rationabilem causam habebant.

RESPON. Dicendum, quod totus exterior cultus Dei ad hoc præcipiū ordinatur, vt homines Deū in re-

\* Exod. 35.  
in fin.

uerentia habeant. Habet autem hoc humerum dicitur, vt ea quæ communia sunt, & non distincta aliis, minus reuerentur: ea verò quæ habent aliquid excellentiæ discretionem ab aliis, magis admi- & reuerentur. Et inde etiam hominum cōsuetudo inoleuit, ut reges & Principes, quos oportet a reverentia haberi a subditis, & pretiosioribus ornamentis, & etiam ampliores, & pulchriores habitationes possideant. Et propter hoc oportuit, quod quæ specialia tempora, & speciale tabernaculum, & specialia vasa, & speciales ministri ad cultum Deo dinarentur, ut per hoc animi hominum ad reverentiam Dei reuerentiam adducerentur. Similiter etiam veteris legis, sicut dictum est, \* institutus est figurandum mysterium Christi, oportet autem aliquid determinatum id, per quod aliquid significat, debet, ut scilicet eius aliquam similitudinem representet: & ideo oportuit aliqua specialia obici in his, quæ pertinent ad cultum Dei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cultus Dei respicit. s. Deū qui colitur, & homines colentes. igitur Deus qui colitur, nullo corporali loco colitur: unde propter ipsum non oportuit speciale tabernaculum fieri, aut tēplum. Sed homines colentes corporales sunt, & propter eos oportuit speciale tabernaculum, vel templum instrui ad Dei propter duo. Primò quidem, ut ad hominum locum conuenientes cū hac cogitatione, quod reuertitur ad colendū Deū, cum maiori reuerentia derent. Secundò, vt per dispositionem talis tabernaculi, vel templi, significarentur aliqua perfectiones excellentiæ diuinitatis, vel humanitatis Christi. hoc est quod Salomon dicit 3. Reg. 8. Si columen cœli cœlorū te capere nō possunt, quanto magis hæc, quam ædificauit tibi: & postea subdit oculi tui aperti super domū hanc, de qua dicitur nomen meum ibi, ut exaudias deprecationem tuam, & populi tui Israel. Ex quo patet, quod domus quæ dicitur non est instituta ad hoc, quod Deus quasi localiter inhabitaret, sed ad hoc, quod Dei inhabitet ibi, id est, vt notitia Dei ibi maneret per aliqua, quæ ibi fiebant, vel dicebantur, propter reuerentiam loci orationes fierent. igitur exaudibiles ex deuotione orantium.

AD II. Dicendum, quod status veteris legis non immutatus ante Christum quantum ad imperfectiones, quæ factæ sunt solum per Christum: est tamen immutatus quantum ad conditionem populi, qui sub lege. Nam primò populus fuit in delectatione, habens certam mansionem, postmodum autem in reuerentia, & in timore Dei. Vitimò in timore Dei, & Salomonis populus, & tunc primò adhibuit quietissimum statum: & tunc primò adhibuit templū in loco, quem designauerat Abraham diuina demonstratione ad immolandum. De Gen. 22. quod Dominus mandauit Abraham, ut offerret filium suum in holocaustum super unum montem quem monstrauero tibi: & postea dicit, quod locum illius loci, Dominus videt, quod dicitur dñm Dei prouisionem esse locum ille electum diuinum: propter quod dicitur Deum, cum quem elegerit dominus Deus vestras, & offerretis holocausta, & victimas vestras. Locum ille designari non debuit per ædificationem templi ante tempus prædictum propter tres causas, quæ Rabbi Moyse assignat. Prima est, quod si appropriarent sibi locum illum. Secundum est, quod

tes ipsam destruerent. Tertia verò ratio est, ne quilibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua, & propter hoc orientur lites & iurgia: & ideo non fuit edificatum templum, donec haberent regem, per quem posset huiusmodi iurgium cõpesci. Antea vero ad cultum Dei erat ordinatum tabernaculum portatile per diuersa loca, quasi nondum existente determinato loco diuini cultus. Et hæc est ratio literalis diuersitatis tabernaculi & templi. Ratio autem figuralis esse potest, quia per hæc duo significatur duplex status. Per tabernaculum, n. quod est mutabile, significatur status presentis vitæ mutabilis. Per templum verò, quod erat fixum & stans, significatur status futuræ vitæ, quæ omnino immutabilis est: & propter hoc in ædificatione templi dicitur, quod non est auditus sonitus mallei, vel securis, ad significandum, quod omnis perturbationis tumultus longè erit a statu futuro. Vel per tabernaculum significatur status veteris legis: per templum autem a Salomone constructum, status nouæ legis, unde ad constructionem tabernaculi soli Iudæi sunt operati: ad ædificationem verò templi cooperati sunt etiã Gentiles. Tyrus, & Sidonii.

**AD III.** Dicendum, quod ratio unitatis templi, vel tabernaculi potest esse & literalis, & figuralis: literalis quidem est ratio ad exclusionem idolatriæ, quia Gentiles diuersis diis diuersa templa constituebant, & ideo, ut firmaretur in animis hominum fides unitatis diuinæ, voluit Deus, ut in uno loco tantum sibi sacrificium offerretur: & iterum ut per hoc ostenderet, quod corporalis cultus non propter se erat ei acceptus, & ideo compecebantur ne passim, & ubique sacrificia offerrent. Sed cultus nouæ legis, in cuius sacrificio spiritualis gratia continetur, est secundum se Deo acceptus: & ideo multiplicatio altarium, & templorum acceptatur in noua lege. Quantum verò ad ea, quæ pertinebant ad spiritualem cultum Dei, qui consistit in doctrina legis, & prophetarum, erant etiam in veteri lege diuersa loca deputata, in quibus conueniebant ad laudem Dei, quæ dicebantur synagoga: sicut & nunc dicuntur ecclesiæ, in quibus populus Christianus ad laudem Dei congregatur. & sic Ecclesia nostra succedit in locum, & templi, & synagoga: quia ipsum sacrificium Ecclesiæ spirituale est: unde non distinguitur apud nos locus sacrificii a loco doctrinæ. Ratio autem figuralis esse potest, quia per hoc significabatur unitas ecclesiæ vel militantis, vel triumphantis.

**AD IIII.** Dicendum, quod sicut in unitate templi, vel tabernaculi representabatur unitas Dei, vel unitas ecclesiæ: ita etiam in distinctione tabernaculi, vel templi representabatur distinctio eorum, quæ Deo sunt subiecta, ex quibus in Dei uenerationem confurgimus. Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes, in unam quæ uocabatur Sancta Sanctorum, quæ erat Occidentalis: & aliam, quæ uocabatur Sancta, quæ erat ad Orientem. & iterum ante tabernaculum erat atrium. Hæc igitur distinctio duplicem habet rationem, unam quidem secundum quod tabernaculum ordinatur ad cultum Dei. scilicet, diuersæ partes mundi in distinctione tabernaculi figurantur: nam pars illa quæ Sancta Sanctorum dicitur, figurabat sæculum altius, quod est spiritualium substantiarum. Pars verò illa quæ dicitur Sancta, exprimebat mundum corporalem: & ideo Sancta a Sanctis Sanctorum distinguebatur quodam uelo, quod quatuor coloribus erat distinctum, per quos qua-

**A** tuor elementa designantur, scilicet, bysso, per quod designatur terra, quia byssus, id est, linum de terra nascitur: purpura, per quam significatur aqua, fiebat enim purpureus color ex quibusdam conchis, quæ inueniuntur in mari: hyacintho, per quem significatur aer, quia habet aereum colorem, & cocco bis tincto, per quem designatur ignis. Et ideo quia materia quatuor elementorum est impedimentum, per quod uelantur nobis corporales substantiæ, in interioribus tabernaculum, id est, Sancta Sanctorum solus summus Sacerdos, & semel in anno introibat, ut designatur, quod hæc est finalis perfectio hominis, ut ad illud sæculum introducat. In tabernaculum verò exterioribus, id est, in Sancta, introibant sacerdotes quotidie, non autem populus, qui solum ad atrium accedere debet: quia ipsa corporalia populus percipere potest, ad interiores autem eorum rationes soli sapientes per considerationem attingere possunt: secundum verò rationem figuralem, per exterioribus tabernaculum, quod dicitur Sancta, significatur status ueteris legis, ut Apосто. dicit ad Heb. 9. quia ad illud tabernaculum semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia cõsummantes. Per interioribus verò tabernaculi, quod dicitur Sancta Sanctorum, significatur vel cœlestis gloria, vel etiam status spiritualis nouæ legis, qui est quædam inchoatio future gloriæ, in quæ statum nos Christus introduxit, quod figurabatur per hoc, quod summus Sacerdos semel in anno solus in Sancta sanctorum introibat: uelum autem figurabat spiritualium occultationem sacrificiorum in ueteribus sacrificijs, quod uelum quatuor coloribus erat ornatum, bysso quidem, ad designandam carnis puritatem: purpura autem, ad figurandum passionem, quas sancti sustinuerunt pro Deo: cocco bis tincto, ad significandum charitatem geminam Dei & proximi: hyacintho autem significabatur cœlestis meditatio. Ad statum autem ueteris legis aliter se habebat populus, & aliter sacerdotes: nam populus ipsa corporalia sacrificia considerabat, quæ in atrio offerbantur: sacerdotes uero rationem sacrificiorum considerabant, habentes fidem magis explicitam de mysterijs Christi: & ideo intrabant in exterioribus tabernaculum, quod etiam quodam uelo distinguebatur ab atrio: quia quædam erant uelata populo circa mysterium Christi, quæ sacerdotibus erant nota, non tamen erant eis plene reuelata, sicut postea in nouo testamento, ut habetur Eph. 3.

**B** **C** **D** **E**

**AD V.** dicendum, quod adoratio ad Occidentem fuit introducta in lege: ad excludendam idolatriam. nam omnes Gentiles in reuerentiam Solis adorabant ad Orientem: unde dicitur Ezech. 8. quod quidam habebant dorsa contra Templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis: unde ad hoc excludendum tabernaculum habebat Sancta sanctorum ad Occidentem, ut uersus Occidentem adorarent. Rõ etiam figuralis esse potest: quia totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad significandum mortem Christi, quæ figuratur per occasum, secundum illud Psalm. 67. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

**AD VI.** dicendum, quod eorum quæ in tabernaculo continebantur, ratio reddi potest & literalis, & figuralis. Literalis quidem per relationem ad cultum diuinum. Et quia dictum est, quod per tabernaculum interioribus, quod dicebatur Sancta sanctorum, significabatur sæculum altius spiritualium substantiarum, iõ in illo tabernaculo tria continebantur. scilicet, circa testamenti  
Prima Secundæ S. Tho. FF 2 menti

\* Alias sacerdotcs.

De loco adorationis.

De his que erant in tabernaculo.

In sol. 4. arg. preced.

menti in qua erat vna aurea, habens manna, & virga Aaron, quæ fronderat, & tabulae, in quibus erant scripta decem præcepta legis. Hæc autem arca sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant: & super arcam erat quædam tabula lapidea, quæ dicebatur propitiatorium super alas Cherubim: quasi ab ipsis Cherubim portaretur, ac si imaginaretur, quod illa tabula esset sedes Dei; unde & propitiatorium dicebatur, quasi exinde populo propitiaretur ad preces summi sacerdotis: & ideo quasi portabatur a Cherubim, quasi Deo obsequentibus: arca verò testamenti erat tanquam scabellum sedentis supra propitiatorium. Per hæc autem tria, designantur tria quæ sunt in illo altiori sæculo, scilicet, Deus qui super omnia est, & incomprehensibilis omni creaturæ, & propter hoc nulla similitudo eius ponebatur ad representandam eius inuisibilitatem; sed ponebatur quædam figura sedis eius, quia scilicet, creatura comprehensibilis est, quæ est subiecta Deo, sicut sedes sedenti. Sunt etiam in illo altiori sæculo spirituales substantiæ, quæ Angeli dicuntur, & hi significantur per duos Cherubim, mutuo se respicientes, ad designandam concordiam eorum adinuicem, sicut illud Iob 25. Qui facit concordiam in sublimibus. Et propter hoc etiam non fuit vnus tantum Cherubim, ut designaretur multitudo coelestium spirituum, & excluderetur cultus eorum ab his, quibus præceptum erat, ut solum vnum Deum colerent. Sunt etiam in illo intelligibili sæculo rationes omnium eorum, quæ in hoc sæculo perficiuntur quodammodo clausæ: sicut rationes effectuum clauduntur in suis causis, & rationes artificiorum in artifice, & hoc significabatur per arcam, in qua representabantur per tria ibi contenta tria, quæ sunt potissima in rebus humanis, scilicet, sapientia, quæ representabatur per tabulas testamenti, potestas regiminis, quæ representabatur per uirgam Aaron: vita, quæ representabatur per manna, quod fuit sustentamentum vite. Vel per hæc tria, significabatur tria Dei attributa, scilicet, sapientia in tabulis, potestas in uirga, bonitas in manna: tum propter dulcedinem: tum quia ex Dei misericordia est populo suo datum; & ideo in memoriam diuinæ misericordiæ conseruabatur; & hæc tria etiam figurata sunt in uisione Isaia. Vidit enim Dominus sedentem super solium excelsum & eleuatum, & Seraphim assistentes, & domum impleti a gloria Dei; unde & Seraphim dicebant, Plena est omnis terra gloria eius; & sic similitudines Seraphim non ponebantur ad cultum, quod prohibebatur primo præcepto, sed in signum ministerii, ut dictum est. \* In exteriori uero tabernaculo, quod significabat præsens sæculum, continebantur etiam tria, scilicet, mensa thymiamatis, quod directe erat contra arcam; mensa autem propositionis, super quam 12. panes apponebantur, erat posita ex parte Aquilonari, candelabrum uero ex parte Australi. Quæ tria uidentur respondere tribus, quæ erant in arca clausa; sed magis manifestè eadem representabant; oportet enim rationes rerum ad manifestiorem demonstrationem perducere, quæ sunt in mente diuina, & Angelorum ad hoc, quod homines sapientes eas cognoscere possint, qui significantur per sacerdotes ingrediētes tabernaculum. In candelabro igitur designabatur sicut in signo sensibili sapientia, quæ intelligibilibus uerbis exprimebatur in tabulis. Per altare uero thymiamatis, significabatur officium sacerdotum, quorum erat populum ad Deum reducere; & hoc etiam

in ista sola  
huius arg.

significabatur per uirgam: nam in illo altiori tabernaculo thymiamatis boni odoris, per quod designabatur sanctitas populi acceptabilis Deo. Dionysius Apoal. 7. quod per fimum aromaticum, significatur iustificatio sanctorum, Conuenienter sacerdotalis dignitas in arca significabatur per uirgam, in exteriori uero tabernaculo per altarium thymiamatis: quia sacerdos mediator est inter Deum & populum, regens populum per potestatem suam, quam uirga significat, & fructum sui regni scilicet sanctitatem populi acceptam Deo ostendit, quasi in altari thymiamatis. Per mensam autem significatur temporale nutrimentum uitæ, sicut per manna: sed hoc est conuenientius, & magis nutrimentum: illud autem suauius, & subtilius, uenienter autem candelabrum ponebatur ex parte Australi: mensa autem ex parte Aquilonari. Australis pars est dextera pars mundi: Aquilonaria autem sinistra, ut dicitur in 2. de coel. & mundi sapientia autem pertinet ad dexteram, sicut & cetera spiritualia bona: temporale autem nutrimentum sinistram, secundum illud Prover. 3. In sinistra diuitia, & gloria. Potestas autem sacerdotalis est inter temporalem, & spirituales sapientiam per eam, & spiritualis sapientia, & temporalis sanctorum. Potest autem & horum alia ratio magis literalis. In arca enim continebantur tabule legis, ad tollendam legis obliuionem: unde Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & ac mandata quæ scripti sunt, ut doceas filios Israel. Vero Aaron ponebatur ibi ad comprimendam rebellionem populi de sacerdotio Aaron: unde Num. 17. Refer uirgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut referatur in signum rebellionis Israel. Manna autem conseruabatur in commemorandum beneficium, quod Dominus præstitit filiis Israel in deserto: unde dicitur I. Imple gomor exeo, & cultodiatur in futuram generationem, ut norint panes, quibus aluntur in similitudine. Candelabrum uero erat in similitudinem sacrificiam tabernaculi; pertinet enim ad beneficentiam domus, quod sit bene luminosa. Mensa autem candelabrum septem calamos, ut dicitur, \* ad significandum septem planetas quibus mundus illuminatur; & ideo ponebatur ex parte Australi, quia ex illa parte est nobis uentus cursus. Altare uero thymiamatis erat in iugiter in tabernaculo esset fimum boni odoris, propter uenerationem tabernaculi, ut in remedium foetoris, quem oportebat accipere effusione sanguinis, & occisione animalium, quæ sunt fetida, despiciantur quasi uilia: quæ sunt boni odoris, homines magis appetunt, mensa autem apponebatur ad significandum septem tribus templo seruientes, in templo uicinas, & in memoriam duodecim tribuum Israel. Mensa autem non ponebatur directe, in medio propitiatorium, ad excludendum ritum idolatriæ Gentiles in sacris Lunæ proponebantur mensam idolo Lunæ; unde dicitur Hier. 7. Mulieres spergunt adipem, ut faciant placentes regem. In atrio uero extra tabernaculum, continebantur holocaustorum, in quo offerebantur Deo de his, quæ erant a populo possessa; & ideo in atrio terat esse populus, qui huiusmodi Deo offerunt.

manus sacerdotum: sed ad interius altare, in quo ip-  
sa deuotio, & sanctitas populi offerrebat, non por-  
rant accedere nisi Sacerdotes, quorum erat Deo  
offerre populum. Est autem hoc altare extra ta-  
bernaculum in atrio constitutum ad remouendū  
cultum idolatriæ: nam Gentiles infra templa altaria  
constituebant ad immolandum idolis. Figuratis  
verò ratio omnium horum assignari potest ex rela-  
tione tabernaculi ad Christum, qui figurabatur.

Est autem considerandum, quòd ad designandum  
imperfectiōem legalium figurarum diuersæ figu-  
ræ fuerunt instruitæ in templo ad significandum  
Christum. Ipse enim significatur per propitiato-  
rium, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris,  
vt dicitur primæ Ioannis secundo. Et conuenienter  
hoc propitiatorium a Cherubim portatur: quia de  
eo scriptum est, Adorent eum omnes Angeli Dei,  
vt habetur Heb. i. Ipse etiam significatur per arcem:  
quia sicut arca erat constructa de lignis serhim, ita  
corpus Christi de membris purissimis constabat.

Erat autem deaurata: quia Christus fuit plenus sapiē-  
tia, & charitate, quæ per aurum significatur. Intra ar-  
cam autem erat urna aurea, id est, sancta anima, ha-  
bens manna, id est, omnem plenitudinem sanctitatis,  
& diuinitatis. Erat etiam in arca virga, id est, potestas  
sacerdotalis: quia ipse est factus sacerdos in aternū.

Erant etiam ibi tabulae testamenti ad designandū,  
quòd ipse Christus est legis dator. Ipse etiam Chri-  
stus significatur per candelabrum: quia ipse dicit,  
Ego sum lux mundi. Per septem lucernas, & septem  
dona Sancti Spiritus. Ipse etiam significatur per  
mensam: quia ipse est spiritualis cibus, secundum il-  
lud Ioanis 6. Ego sum panis viuus. Duodecim enim  
panes significabant duodecim Apostolos, vel do-  
ctrinam eorum. Siue per candelabrum, & mensam  
potest significari doctrina, & fides Ecclesiæ, quæ et  
illuminat, & spiritualiter reficit. Ipse etiam Christus  
significatur per duplex altare, scilicet holocausto-  
rum, & thymiamatis, quia per ipsum oportet nos  
Deo offerre omnia virtutū opera, siue illa, quibus  
carnem affligimus, quæ offerunt quasi in altari holo-  
caustorum: siue illa, quæ maiore mentis perfectiōe  
per spiritualia perfectorum desideria Deo offer-  
runtur in Christo quasi in altari thymiamatis, secun-  
dum illud ad Hebr. vii. Per ipsum ergo offeramus  
hostiam laudis semper Deo.

Ad vii. Dicendum, quod Dñs præcepit altare con-  
strui ad sacrificia, & munera offerenda in honorem  
Dei, & sustentationem ministrorum, qui tabernacu-  
lo deseruiebant. De constructione autem altaris da-  
tura Domino duplex præceptum. Vnum quidem  
in principio legis Exod. 20. vbi Dominus mandauit,  
quòd facerent altare de terra, uel saltem de lapidi-  
bus non sectis, & iterum quòd non facerent altare  
excelsū, ad quòd oporteret per gradus ascendere,  
& hoc ad derestandum idolatriæ cultum. Gentiles  
enim idolis construebant altaria ornata, & subli-  
mia, in quibus credebant aliquid sanctitatis, & numi-  
nis esse; propter quòd etiam Dominus mandauit  
Deuter. 16. Non plantabis lucum, & omnam ar-  
borem iuxta altare domini Dei tui. Idolatræ. n. con-  
sueverunt sub arboribus sacrificare, propter amœ-  
nitatem, & vmbrositatem. Quorum etiam præce-  
ptorum ratio figuratis fuit: quia in Christo, qui est  
nostrum altare, debemus confiteri veram carnis na-  
turam quātum ad humanitatem, quòd est altare de  
terra facere; & quātum ad diuinitatem debemus in

eo confiteri Patris æqualitatem, quòd est nō ascen-  
dere per gradus ad altare. Nec etiam iuxta Christū  
debemus admittere doctrinam Gentilium ad la-  
sciuiam prouocantem. Sed factō tabernaculo ad  
honorem Dei, non erant timendæ huiusmodi oc-  
casionēs idolatriæ: & ideo Dominus mandauit, quod  
fieret altare holocaustorum de are, quòd esset om-  
ni populo conspicuum, & altare thymiamatis de  
auro, quòd soli sacerdotes uidebant. Nec erat tan-  
ta pretiositas æris, ut per huius copiam populus ad  
aliquam idolatriam prouocaretur. Sed quia Exo.  
20. ponitur pro ratione huius præcepti. Non ascen-  
des per gradus ad altare meum, id quòd subditur:  
Ne reueletur turpitudine tua, considerandum est, quod  
hoc etiam fuit institutum ad excludendam idola-  
triam. Nam in sacris Priapi sua pudenda Gentiles  
populo denudabant: postmodum autem indictus  
est sacerdotibus fœminalium usus ad tegmen pudē-  
dorum: & ideo sine periculo institui poterat tanta  
altaris altitudo, ut per aliquos gradus lignos non  
stantes, sed portatiles in hora sacrificii sacerdotes  
ad altare ascenderent, sacrificia offerentes.

Ad viii. Dicendum, quòd corpus tabernaculi  
constabat ex quibusdam tabulis in longitudinem  
erectis, quæ quidem interius tegebantur quibusdā  
cortinis ex quatuor coloribus uariatis, scilicet, de  
byssō retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque  
bis tincto: sed huiusmodi cortinæ tegebant solum  
latera tabernaculi. In tecto autem tabernaculi e-  
rat operimentum unum de pellibus hyacinthinis,  
& super hoc aliud de pellibus arietum rubricatis, &  
desuper tertium de quibusdam sagis cilicinis, quæ  
non tantum operiebant tectum tabernaculi, sed  
etiam descendebant usque ad terram, & tegebant  
tabulas tabernaculi exterius. Horum autem ope-  
rimentorum ratio literalis in communi erat orna-  
tus, & protectio tabernaculi, ut in reuerentia habe-  
retur. In speciali verò secundum quosdam, per cor-  
tinas designabatur cœlum syderum, quòd est diuer-  
sis stellis uariatum: per saga, aquæ, quæ sunt supra  
firmamentum: per pelles rubricatas, cœlum empy-  
reum, in quo sunt Angeli: per hyacinthinas, cœlum  
Sanctæ Trinitatis. Figuratis autem ratio horum est,  
quia per tabulas, ex quibus construebatur taberna-  
culum, significantur Christi fideles, ex quibus con-  
struitur Ecclesiā. Tegebantur autē interius tabulae  
cortinis quatuor coloribus: quia fideles interius or-  
nantur quatuor uirtutibus. Nam in bysso retorta, ut  
glossa dicit, significatur caro castitate renitens: in  
hyacintho, mens superna cupiens; in purpura, caro  
passionibus subiaccens; in cocco bis tincto, mens in-  
ter passionibus Dei, & proximi dilectione prestulgens.  
Per operimenta uerò tecti designantur prælati, &  
Doctores, in quibus debet renitere celestis cōuer-  
satio, quòd significatur per pelles hyacinthinas; prō-  
pitudine ad martyrium, quòd significant pelles ru-  
bricatæ; austeritas uitæ, & toleranda aduersorum,  
quæ significantur per saga cilicina, quæ erant expo-  
sita uentis & pluuiis ut glossa dicit.\*

Ad ix. Dicendum, quod sanctificatio tabernaculi, &  
vaporū eius habebat causam literalem, ut in maiori re-  
uerentia haberetur, quasi p hmoi consecrationem  
diuino cultui deputatum. Figuratis autem ratio est,  
quia per huiusmodi sanctificationē significatur spiri-  
tualis sanctificatio uiuentis tabernaculi, scilicet, fi-  
delium, ex quibus constituitur ecclesiā Christi.

Ad x. Dicendum, quod in ueteri lege erant septem  
Prima Secundæ S. Tho. FF 3 10-

De operi-  
mentis ta-  
bernaculi.

Glo. ordia.  
exod. 26. &  
dicitur esse  
3edg.

Glossa dicit.  
Ioco nūc di-  
cto.  
De festiuita-  
tibus, & so-  
lennitatibus  
uariis.

lo altari  
quod lig  
Deo. Do  
tum, figu  
uenienter  
abatur pe  
o per alt  
est inter  
ore chate  
um sui reg  
Deo offe  
entiam au  
i uir, & i  
ntius, & g  
& subleua  
abatur ex  
quilonari  
di: Aquil  
& mund  
n, sicut & c  
nutrimen  
i. In similit  
perdotum  
in sapien  
temporal  
lia ratio  
tebantur  
m: unio  
spideas, &  
alios ltra  
aprimen  
aron: ut  
in tabern  
rebelli  
abatur  
quod d  
dicitur  
ur in futu  
bus ali  
nstituta  
enim ad  
minoria.  
nos, ut  
etas quib  
ebatur d  
e nobis p  
atis erat  
nus bono  
maculi, t  
rebat acc  
nimalium  
i uilla: qu  
appretian  
andum, q  
lo uictim  
superp  
um, sola  
ur Marti  
in medio  
in idola  
bant me  
e. 7. Mal  
ntes reg  
otinebat  
ur.  
Deo  
& iō in  
Deo

solemnitates temporales, & una continua, ut potest colligi. Num. 28. & 29. Erat enim quasi continuum festum, quia quotidie mane, & vespere immolabatur agnus, & per illud continuum festum iugis sacrificii representabatur perpetuitas diuinae beatitudinis. Festorum autem temporalium primū erat, quod iterabatur qualibet septimana: & hæc erat solemnitas sabbathi, quod celebrabatur in memoriam creationis rerum, ut supra dictum est. \*

¶ 7<sup>o</sup> art. 5.

Alia autem solemnitas iterabatur quolibet mēse, scilicet festum Neomeniæ, quod celebrabatur ad commemorandum opus diuinæ gubernationis. Nam hæc inferiora præcipue variantur hoc festum in nouitate Lunæ, non autem in eius plenitudine, ad euitandum idolatrarum cultum, qui in tali tempore Lunæ sacrificabant. Hæc duo beneficia sunt cōmunia toti humano generi, & ideo frequentius iterabantur: alia uerò quinque festa celebrabantur semel in anno, & recolebantur in eis beneficia specialiter illi populo exhibita. Celebrabatur. n. festum Phasæ primo mēse ad cōmemorandū liberationis beneficiū ex Aegypto. Celebrabatur autem festum Pentecostes post quinquaginta dies, ad recolendū beneficium legis datæ: alia uerò tria festa celebrabantur in mēse septimo, qui quasi totus apud eos erat solemnitas, sicut & septimus dies. In prima enim die mēsis septimi erat festum tubarū, in memoriā liberationis Isaac, quando Abraham inuenit arietē harentē cornibus, quē representabant per cornua, quibus buccinabant. Erat autem festum tubarum, quasi quædam inuitatio, ut prepararent se ad sequēs festum, quod celebrabatur decimo die: & hoc erat festum expiationis in memoriā illius beneficii, quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moyli. Post hoc autem celebrabatur festum scenopægiæ, idest, tabernaculorū septem diebus, ad cōmemorandū beneficiū diuinæ protectionis, & deductionis per desertum ubi in tabernaculis habitauerunt: unde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimæ, idest, citrum & lignum densarum frondū, idest, myrthū, quæ sunt odorifera, & spatulas palmarū, & salices de torrente, quæ diu retinent suum uirorem: & hæc inueniuntur in terra promissionis, ad significandum, quod per aridam terram deserti eos duxerat Deus ad terram deliciosam. Octauo autem die celebrabatur aliud festum, scilicet cœtus atque collectæ, in quo colligebant a populo ea, quæ erant necessaria ad expensas cultus diuini, & significabatur adunatio populi, & pax præstita in terra promissionis. Figuratis autem ratio horum festorum est, quia per iugis sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei, sicut illud Hebr. uelim. Iesus Christi heri & hodie, ipse & in sæcula. Per sabbathū autem designatur spiritalis requies nobis data per Christum, ut habetur ad Hebræ. 4. Per Neomeniam autem, quæ est intentio nouæ Lunæ, significatur illuminatio primitiue ecclesie per Christum eo prædicante, & miracula faciente. Per festum autem Pentecostes significatur descensus Spiritus sancti in Apostolos. Per festum autem tubarum significatur prædicatio Apostolorū. Per festum autem expiationis significatur emundatio a peccatis populi Christiani. Per festum autem tabernaculorum peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant in uirtutibus proficiendo. Per festum autem cœtus atque collectæ significatur cōgregatio fide-

lium in regno cœlorum: & ideo istud festum sanctissimum esse. Et hæc tria festa erant continua adinuicem: quia oportet expiatis a uitiis accedere in uirtute, quousque perueniant ad Deum, ut dicitur in Psalm. 83.

## ARTICVLVS V.

*Utrum sacramentorum ueteris legis conuenienter causa esse possit.*

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod sacramentorum ueteris legis conuenienter causa esse non possit. Ea enim quæ ad cultum dei sunt, non debent esse similia his, quæ idolatrarum seruabant: unde dicitur Deuter. 22. Non facies similitudinem deo tuo: omnes enim abominabiles quibus aduersatur Dominus, fecerunt diis suis: sed cultores idolorum in cultu eorū cultus dei debebant usque ad effusionē sanguinis. Dicitur enim 3. Reg. 18. quod incidebant se iuxta ritum scytharum & lanceolis, donec perfunderentur sanguine, propter quod Dominus mandauit Deuter. 10. uos incideris, nec facies caluitium superim, quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo te elegit, ut sis ei in populum peculiarem de gentibus, qui sunt &c. Inconuenienter igitur causa esse instituta in lege.

¶ 2<sup>o</sup> Præte. Ea quæ in cultum diuinum sunt, debent honestatem, & grauitatem habere, sicut illud 34. In populo graui laudabo te: sed ad leuandam pertinere uidentur, ut homines festinanter dant. Inconuenienter igitur præceptum est, ut comedenter festinanter agnū paschalem etiam circa eius comestionem sunt instituta: uidentur omnino irrationabilia esse.

¶ 3<sup>o</sup> Præte. Sacramenta ueteris legis figurata sacramentorum nouæ legis: sed per agnū figuratur sacramentum Eucharistiæ, & eum illud 1. ad Corinth. 5. Pascha nostrum immolatum est Christus. ergo etiam debuerunt esse aliqua sacramenta in lege, quæ præfigurarent alia sacramenta legis, sicut confirmationem, & extremam unctionem, & matrimonium, & alia sacramenta.

¶ 4<sup>o</sup> Præte. Purificatio non potest conuenienter nisi ab aliquibus immundis: sed quantum ad Deum corpusale reputatur immundū, quia omnis corpus creatura Dei est, & omnis creatura Dei nihil reiciendum quod cum gratiarum actione accipitur, ut dicitur 1. ad Timor. 4. inconuenienter purificabantur propter contactū hominum, uel per aliquid suum in odi corporalis immunditiam.

¶ 5<sup>o</sup> Præte. Eccles. 3. 4. dicitur, Ab immundo quod dabitur, sed cinis uitulæ rufæ, quæ comburebat immundus erat, quia immundum reddebatur. In enim Num. 19. quod dicitur sacerdos qui immolabat, & ille qui eam comburebat, & etiam ille qui cineres colligebat, ergo inconuenienter præceptum ibi fuit, ut per huiusmodi cinerem ibi aspectus mundi purificarentur.

¶ 6<sup>o</sup> Præte. Peccata non sunt aliquid corporale, sed de ferri de loco ad locū, neque etiam per aliquid mundum potest homo a peccato mundantur: nienter igitur ad expiationem peccatorum sacerdos super unū hircorū cōfitebatur peccatum Israel, ut portaret eam in desertum: per al-

quo vebatur ad purificationes, simul cu vitulo eb-  
burentes extra castra, immundi reddebantur, ita q  
oportebat eos lavare vestimenta, & carnem aqua.  
¶ Præter illud quod iam est mundatum, nõ oportet  
iterum mundari. inconuenienter igitur mundata le-  
pra hominis, vel etiam eius domus, alia purificatio  
adhibebatur, ut habetur Leuit. 14.

¶ Præter. Spiritualis immunditia non potest per cor-  
poralem aquam, vel pilorum rasuram emundari. Ir-  
rationabile igitur videtur, q Dominus præcepit  
Exod. 30. vt fieret labium æneum cum basi sua ad la-  
uandum manus, & pedes sacerdotum, qui ingressu-  
ri erant tabernaculum. & quod præcipitur Num. 8.  
quod Leuitæ abstergerentur aqua lustrationis, & ra-  
derent omnes pilos carnis suæ.

¶ Præter. Quod maius est, non potest sanctificari per  
illud quod minus est. inconuenienter igitur per quã-  
dam vñtionem corporalem, & corporalia sacrifi-  
cia, & oblationes corporales, fiebat in lege conse-  
cratio maiorum, & minorum sacerdotum, vt habet  
Leuit. 8. & Leuitarum, vt habetur Num. 8.

¶ Præter. Sicut dicitur 1. Reg. 16. Homines vident,  
ea quæ patent, Deus autem intuetur cordes: ea quæ  
exterius patent in homine, est corporalis disposi-  
tio, & indumenta. inconuenienter igitur sacerdoti-  
bus maioribus & minoribus quædam specialia ve-  
stimenta deputabantur, de quibus habetur Exo. 28.  
& sine ratione videtur, q prohiberetur aliq, a sacer-  
dotio pp corporales defectus, fm quod dicitur Le-  
uit. 21. Homo de femine tuo per familias, qui ha-  
buerit maculam, non offeret panes Deo suo si ca-  
ceus fuerit, vel claudus &c. sic igitur videtur quod sa-  
cramenta veteris legis irrationabilia fuerint.

SED CONTRA est, quod dicitur Leuit. 20. Ego  
sum Dominus qui sanctifico uos: sed a Deo nihil si-  
ne ratione fit. dicitur enim in psalm. 103. Omnia in  
sapientia fecisti, ergo in sacramentis veteris legis,  
quæ ordinabantur ad hominum sanctificationem,  
nihil erat sine rationabili causa.

RESPON. Dicendum, q sicut supra dictum est, \*  
Sacramenta propriè dicuntur illa, quæ adhibeban-  
tur Dei cultoribus ad quandam consecrationem, p  
quam, s. deputabantur quodammodo ad cultum  
Dei. Cultus autem Dei generali quidem modo  
pertinebat ad totum populum: sed speciali modo  
pertinebat ad Sacerdotes & Leuitas, qui erant mini-  
stri cultus diuini. Et ideo in istis sacramentis vete-  
ris legis quædam pertinebant communiter ad totu  
populum: quædam autem specialiter ad ministros,  
& circa utroque tria erant necessaria. Quorum  
primum est, institutio in statu colendi Deu: & hæc  
quidem institutio cõiter quantum ad omnes fiebat  
per circumcisionem, sine qua nullus admittebatur  
ad aliquid legalium: quantum vero ad sacerdotes,  
per sacerdotum consecrationem. Secundò, requi-  
rebaturs usus eorum, quæ pertinent ad diuinu cul-  
tum: & sic quantum ad populum erat esus paschalis  
conuiuui, ad quem nullus incircuncisus admitteba-  
tur, vt patet Exo. 12. & quantum ad sacerdotes ob-  
latio victimarum, & esus panum propositionis, &  
aliorum, quæ erant sacerdotum vsibus deputata.

Tertiò, requirebatur remotio coru, per quæ aliqui  
impediabantur a cultu diuino, s. immunditiarum: &  
sic quantum ad populum erant instituta quædam pu-  
rificaciones a quibusdã exterioribus immunditiis,  
& etiam expiaciones a peccatis. Quantu verò ad Sa-  
cerdotes & Leuitas erat instituta ablutio manuu, &

pedum, & rasio pilorum. Et hæc omnia habebat ra-  
tionabiles causas, & literales, secundum quod ordi-  
nabatur ad cultum Dei pro tempore illo: & figura-  
les, secundum quod ordinabantur ad figurandum  
Christum, vt patebit per singula discurrenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod literalis ratio  
circumcisionis principalis quidem fuit ad protesta-  
tionem fidei vnus Dei. Et quia Abraham fuit pri-  
mus, qui se ab infidelibus separauit exiens de domo  
sua, & de cognatione sua, ideo ipse primus circunci-  
sionem accepit: & hanc causam assignat Apostolus  
ad Ro. 4. Signum accepit circumcissionis signaculu  
iustitiæ fidei: quæ est in præputio: quia. s. in hoc legi-  
tur Abraham fides reputata ad iustitiam, q contra  
spem in spem credit, s. contra spem naturæ in spē  
gratiæ, vt fieret pater multarum gentium, cum ipse  
esset senex, & uxor sua esset anus & sterilis. Et ut hæc  
protestatio, & imitatio fidei Abrahe firmaretur in  
cordibus Iudæorum, acceperunt signum in carne  
sua, cuius obliuisci non possent: unde dicitur Gene.  
17. Erit pactum meum in carne vestra in sædus æter-  
num. Ideo autem fiebat octaua die, quia antea puer  
est valde tenellus, & possit ex hoc grauiter lædi, &  
reputatur adhuc quasi quiddam non solidatum: vn-  
de etiam nec animalia offerebantur ante octauum  
diem. Ideo verò non magis tardabatur, ne propter  
dolorem aliqui signum circumcissionis refugerent,  
& ne parentes etiam, quorum amor increfcit ad fi-  
lios, post frequentem conuersationem, & eorum  
augmentum, eos circumcissioni subtraherent. Secun-  
da ratio esse potuit ad debilitationem concupiscen-  
tiæ in membro illo. Tertia ratio est, in sugillationem  
sacrorum Veneris & Priapi, in quibus illa pars cor-  
poris honorabatur. Dominus autem non prohi-  
bit nisi incisionem, quæ in cultu idolorum fiebat,  
cui non erat similis prædicta circumcisio. Figuralis  
verò ratio circumcissionis erat, quia figurabatur abla-  
tio corruptionis fienda per Christum, quæ perfectè  
complebitur in octaua ætate, quæ est ætas resurgen-  
tium. Et quia omnis corruptio culpæ, & poenæ pro-  
uenit in nos per carnalem originem ex peccato pri-  
mi parentis, ideo talis circumcisio fiebat in membro  
generationis: vnde Apostolus dicit ad Col. 2. Cir-  
cuncisi estis in Christo circumcissione non manufa-  
cta in expoliatione corporis carnis, sed in circunci-  
sione Domini nostri Iesu Christi.

AD II. Dicendũ, q literalis ratio conuiuui pascha-  
lis fuit in commemorationem beneficii quo Deus  
eduxit eos de Aegypto: unde per huiusmodi conuiu-  
ui celebrationem profitebantur se ad illu populu  
pertinere, quem Deus sibi assumpserat ex Aegypto.  
Quoniam enim fuerunt ex Aegypto liberati, præceptum  
est eis, vt sanguine agni limrent superliminaria do-  
moru, quasi protestantes se recedere a ritibus Aegy-  
ptiorum, qui arietem colebant: unde & liberati sunt  
per sanguinis agni asperisionem, uel linitionem in  
postibus domorum, a periculo exterminii, quod  
imminebat Aegyptiis. In illo autem exitu eorum de  
Aegypto duo fuerunt, scilicet, festinantia ad egre-  
diendum, impellebant enim eos Aegyptii, ut exi-  
rēt velociter: vt habetur Exo. 12. Imminebatq; peri-  
culum ei, qui nõ festinaret exire cum multitudine,  
ne remanens occideretur ab Aegyptiis. Festinantia  
autem designabatur dupliciter. Vno quidẽ nõ per  
ea quæ comedebant: præceptum enim eis erat, q  
comederent panes azymos in huius signum, quod  
non poterant fermentari cogentibus exire Aegy-  
ptiis.

Prima Secundæ S. Tho. FF 4 ptis,

Circumcisio-  
nis ratio.

De est, &  
comelionis  
agni.

ptis, & quod comederent assum igni: sic enim velocius preparabatur: & quod os non comminuerent ex eo, quia in festinantia non vacat ossa frangere. Alio modo quantum ad modum comedendi, dicitur enim: *Renes vestros accingetis, calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: quod manifestè designat homines existentes in promptu itineris. Ad idem etiã pertinet, quod eis præcipitur: In vna domo comedetis, neque feretis de carnibus eius foras: quia, si propter festinantiam non vacabat inuicem mittere xenia. Amaritudo autem, quam passi fuerant in Aegypto, significabatur per lactucas agrestes. Figuralis autem ratio patet, quia per immolationem agni paschalis significabatur immolatio Christi, secundum illud 1. ad Corin. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sanguis verò agni liberans ab exterminatore, linitis superliminaribus domorum, significat fidem Passionis Christi in corde, & ore fidelium, per quam liberamur a peccato, & a morte, secundum illud 1. Petr. 1. Redempti estis pretioso sanguine agni immaculati. Comedebantur autem carnes illæ ad significandum corpus Christi in sacramento. Erant autem assæ igni, ad significandum passionem, vel charitatem Christi. Comedebantur autem cum azymis panibus, ad significandam puram conuersionem fidelium sumentium corpus Christi, secundum illud 1. ad Cor. 5. Epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis. Lactucæ autem agrestes addebantur in signum poenitentiae peccatorum, quæ necessaria est sumentibus corpus Christi. Reneis autem accingendi sunt cingulo castitatis: calceamenta autem pedum sunt exempla mortuorum patrum: baculi autem habendi in manibus, significant pastorem custodiam. Præcipitur autem, quod in una domo agnus paschalis comedatur, id est, in ecclesia catholicorum, non in conuentibus hereticorum.*

AD III. dicendum, quod quædam sacramenta nouæ legis habuerunt in veteri lege sacramenta figuralia sibi correspondentia. Nam circuncisioni responderet baptisimus, qui est fidei sacramentum: unde dicitur ad Col. 2. Circumcisi estis in circuncisione Domini nostri Iesu Christi, conscripti ei in baptismo. Conuiuio verò Agni paschalis responderet in noua lege sacramentum Eucharistiae. Omnibus autem purificationibus veteris legis responderet in noua lege sacramentum poenitentiae. Consecrationi autem Pontificis, & sacerdotum responderet sacramentum ordinis. Sacramentum autem confirmationis, quod est sacramentum plenitudinis gratiae, non potest respondere in veteri lege aliquod sacramentum: quia nondum aduenerat tempus plenitudinis, eo quod neminem ad perfectum adduxit lex. Similiter autem, & sacramento extremae unctionis, quod est quædam immediata preparatio ad introitum gloriæ, cuius aditus nondum patebat in veteri lege, pretio nondum soluto. Matrimonium autem fuit quidem in veteri lege, prout erat in officio naturæ: non autem prout est sacramentum coniunctionis Christi, & ecclesiæ, quæ nondum erat facta, unde & in veteri lege dabatur libellus repudii, quod est contra sacramenti rationem.

De variis  
immunditiis  
& earum remediis  
nabili purificatione  
\* in cor. art.

AD IIII. Dicendum, quod sicut dictum est, purificationes veteris legis ordinabantur ad remouendum impedimenta cultus diuini: qui quidem est duplex. scilicet spiritualis, qui consistit in deuotione mentis ad Deum: & corporalis, qui consistit in sacrificiis, & oblationibus, & aliis huiusmodi. A cultu autem spirituali im-

pediuntur homines per peccata, quibus homines pollui dicebantur, sicut per idolatriam & homicidium, per adulteria, & incestus. Et ab istis pollutionibus purificabantur homines per aliqua sacramenta communiter oblata pro tota multitudine peccatis singulorum. Non quod sacrificia carnalia haberent ex seipsis uirtutem expiationis, sed quia significabant expiationem peccatorum futuram per Christum, cuius participationem etiam antiqui, protestantes fidem Redemptoris figuris sacrificiorum. A cultu uero exteriori dicebantur homines per quasdam immunditias corporales: quæ quidem primo considerabantur in manibus, & consequenter etiam in aliis animalibus, & in vestimentis, & domibus, & uasis. In hominibus quidem immunditia reputabatur partim quæ ex ipsis hominibus, partim autem ex contactu immundarum. Ex ipsis autem hominibus immundum reputabatur omne illud, quod corruptionem aliquam iam habebat, uel erat corruptionis exitum: & ideo quia mors est corruptio quædam uer hominis reputabatur immundum. Similiter quia lepra ex corruptione humorum contingit etiam exterius erumpunt, & alios inficiunt, ipsæ etiam reputabantur immundi. Similiter etiam lieres patientes sanguinis fluxum siue per infirmitatem, siue etiam per naturam, uel temporibus fruis, uel etiam in tempore conceptionis: & eatione uiri reputabantur immundi, fluxum patientes, uel per infirmitatem, uel per pollutionem nocturnam, uel etiam per coitum. Nam omnis immunditas prædictis modis ab homine egredientem immundam infectionem habet. In enim hominibus immunditia quædam ex contactu rumcunque rerum immundarum. Istarum immunditiarum erat ratio & literalis, & figuralis quidem propter reuerentiam eorum, diuinum cultum pertinent, tum quia homines immunditiam res contingere non solent, cum immunditiam tum etiam ut ex raro accessu ad faciem uenerentur. Cum enim omnes huiusmodi immunditias raro aliquis cauere possit, contingebat raro poterant homines accedere ad altaria, quæ pertinebant ad diuinum cultum: & sic accederebant, cum maiori reuerentia, & humilitate accedebant. Erat autem in quibusdam hominibus ratio literalis, ut homines non reformidarent accedere ad diuinum cultum, quasi refugientes confosoriorum, & similibus infirmorum, quorum immunditas abominabilis erat, & contagiosa. In quibusdam ratio erat ad uitandum idolatriæ cultum, qui sitiles in ritu suorum sacrificiorum utebantur, & doque & humano sanguine, & semine. Omnes autem huiusmodi immunditias corporales purificabantur, uel per solam aspersionem aquæ: uel per res erant, per aliquod sacrificium ad expiationem, & catum, ex quo tales infirmitates contingebant. Ratio autem figuralis harum immunditiarum consistit per huiusmodi exteriores immunditias figurat diuersa peccata. Nam immunditia cadentes quæcunque significat immunditiam peccata, quæ immunditiam animæ. Immunditia autem lepræ significat immunditiam hereticæ doctrinæ, tum quia hereticæ doctrinæ contagiosa est, sicut & lepratum quia immunditia falsa doctrina est, quæ uera falsis non admittit, etiam in superficie corporis leprosi apparet immunditiam distinctio quarundam macularum ab alia carne.

gra. Per immunditiam autem mulieris sanguifluae, designatur immunditia idolatriæ, propter immo-  
 latium cruorem. Per immunditiam verò viri fe-  
 minitium, designatur immunditia vanæ locutionis,  
 eo quod semen est verbum Dei. Per immunditiam  
 verò coitus, & mulieris parientis designatur immu-  
 ditia peccati originalis. Per immunditiam verò mu-  
 lieris menstruatæ, designatur immunditia mentis per  
 voluptates emollitæ. Vniuersaliter verò per immu-  
 ditiam contactus rei immundæ, designatur immun-  
 ditiam contactus in peccatum alterius, secundum illud  
 2. ad Corinth. 6. Exite de medio eorum, & separa-  
 mini, & immundum ne tetigeritis. Huiusmodi autem  
 immunditia cōtactus deriuabatur etiam ad res  
 inanimatas: quicquid enim quo cunque modo tan-  
 gebat immundus, immundum erat. In quo lex at-  
 tenuauit superstitionem Gentilium, qui non solū per  
 contactum immundi dicebant immunditiam con-  
 trahi, sed etiam per colloctionem, aut per aspectū,  
 vt Rabbi Moyses dicit de muliere menstruatæ. Per  
 hoc autem mystice significabatur id, quod dicitur  
 Sapient. 14. Similiter odio sunt Deo impius, & im-  
 pietas eius. Erat autem & immunditia quadam ip-  
 sarum rerum inanimatarum secundum se, sicut erat  
 immunditia lepræ in domo, & in vestimentis. Sicut  
 enim morbus lepræ accidit in hominibus ex humo-  
 re corrupto putrefaciente carnem & corrumpente,  
 ita etiam propter aliquam corruptionem & exces-  
 sum humiditatis, vel siccitatis fit quandoque aliqua  
 corrosio in lapidibus domus, vel etiam in vestimen-  
 tis. Et ideo hanc corruptionem vocabat lex lepræ,  
 ex qua domus, vel vestis immunda iudicaretur, tum  
 quia omnis corruptio ad immunditiam pertinebat,  
 vt dictum est: \* tum etiā quia circa huiusmodi cor-  
 ruptionem Gentiles Deos penates colebāt. & ideo  
 lex præcepit huiusmodi domus, in quibus fuerit talis  
 corruptio perseuerans, destrui, & vestes comburi, ad  
 tollendam idolatriæ occasionem. Erat etiā & qua-  
 dam immunditia vasorum, de qua dicitur Num. 19.  
 Vas, quod non habuit cooperculum, & ligaturam  
 desuper, immundum erit, cuius immunditiæ causa  
 est: quia in talia vasa de facili poterat aliquid immū-  
 dum cadere, vnde poterant immundari: erat etiam  
 hoc præceptum ad declinandam idolatriam. Cre-  
 debant enim idolatræ, quod si mures, aut lacertæ,  
 vel aliquid huiusmodi, quæ immolabant idolis, ca-  
 derent in vasa, vel in aquas, quod essent dijs gratiosa.  
 Adhuc etiam aliqua mulierculæ vasa dimitunt di-  
 scooperta in obsequium nocturnorum numinum,  
 quæ lanas vocant. Harum autem immunditiarū ra-  
 tio est figuralis, quia per lepram domus, significatur  
 immunditia congregationis hæreticorum: Per le-  
 pram verò in veste lineæ, significatur peruersitas mo-  
 rum ex amaritudine mentis: Per lepram verò vestis  
 lanæ, significatur peruersitas adulatorū: Per leprā  
 in stamine, significatur vitia animæ: Per lepram ve-  
 rō in subtegmine, significantur peccata carnalia. Si-  
 cut enim stamen est in subtegmine, ita anima in cor-  
 pore. Per vas autem, quod non habet cooperculū  
 necligaturam, significatur homo qui nō habet ali-  
 quod velamen taciturnitatis, & qui non constringi-  
 tur aliqua censura disciplina.

Ad v. dicendum, quod sicut dictum est, \* duplex  
 erat immunditia in lege, Vna quidem per aliquam  
 corruptionem mentis, vel corporis: & hæc etiā im-  
 munditia maior erat. Alia verò erat immunditia ex  
 solo contactu rei immundæ: & hæc minor erat, &

A faciliori ritu expiatur. Nam immunditia prima  
 expiatur per sacrificia pro peccato, quia omnis  
 corruptio procedit ex peccato, & peccatum signi-  
 ficat: sed secunda immunditia expiatur per solam  
 asperionem aquæ cuiusdā, de qua quidem aqua ex-  
 piationis habetur Numer. 19. Mandatur enim ibi à  
 Domino, quod accipiant vaccam rufam in memo-  
 riam peccati, quod commiserunt in adoratione vi-  
 tuli. Et dicitur vacca magis, quàm vitulus, quia sic  
 Dominus synagogam vocare consuevit, secundū  
 illud Osæ 5. Sicut vacca lasciuens declinauit Israel.  
 Et hoc forte ideo, quia vaccas in morem Aegyptij  
 coluerunt, secundum illud Osæ 10. Vaccas Betha-  
 uen coluerunt. Et in defestationem peccati idola-  
 triæ immolabatur extra castra: & vbicunque sacri-  
 ficium fiebat pro expiatione multitudinis peccato-  
 rum, cremabatur extra castra totum. Et vt signifi-  
 icaretur per hoc sacrificium emundari populus ab  
 vniuersitate peccatorum, intingebat sacerdos digi-  
 tū in sanguine eius, & aspergebat contra fores San-  
 ctuarij septē vicibus, quia septenarius numerus vni-  
 uersitatem significat. Et ipsa etiam asperio sangui-  
 nis pertinebat ad defestationem idolatriæ, in qua  
 sanguis immolatus non effundebatur, sed congre-  
 gabatur, & circa ipsum homines commedebant in  
 honorem idolorum. Comburebatur autē in igne,  
 vel quia Deus Moysi in igne apparuit, & in igne data  
 est lex: vel quia per hoc significabatur, quod idola-  
 tria totaliter erat extirpanda, & omne quod ad idola-  
 triam pertinebat, sicut vacca, cremabatur cū pelle  
 & carnibus, sanguine & fimo flammæ traditis. Ad-  
 iungebatur etiam in combustionem lignum cedriaū,  
 hyssopus, cocculusque bis tinctus, ad significandum,  
 quod sicut ligna cedrina non de facili putrescunt,  
 & cocculus bis tinctus non amittit colorem, & hyssopus  
 retinet etiam odorem postquam fuerit defice-  
 atus: ita etiam hoc sacrificium erat in cōseruatio-  
 nem ipsius populi, & honestatis, & deuotionis ip-  
 sius. Vnde dicitur de cineribus vaccæ, vt sint mul-  
 titudini filiorum Israel in custodiam. Vel secundum  
 Iosephum, \* quatuor elementa significata sunt.  
 Igni enim apponebatur cedrus, significans terram  
 propter sui terrestritatem: hyssopus significans a-  
 erem propter odorem: cocculus significans aquam  
 eadem ratione qua etiā purpura, propter tincturas,  
 quæ ex aquis sumuntur, vt per hoc exprimeretur,  
 quod illud sacrificium offerebatur Creatori qua-  
 tuor elementorum. Et quia huiusmodi sacrificium  
 offerebatur pro peccato idolatriæ, in eius defesta-  
 tionem & comburens, & cineres colligens, & ille  
 qui aspergit aquas, in quibus cinis ponebatur, im-  
 mundi reputabatur: vt per hoc ostenderetur, quod  
 quicquid quo cunque modo ad idolatriam perti-  
 net, quasi immundum est abiciendum. Ab hac au-  
 tem immunditia purificabantur per solam vestimen-  
 torum ablutionem. Nec indigebant aqua aspergi  
 propter huiusmodi immunditiam: quia sic esset pro-  
 cessus in infinitum. Ille enim qui aspergebat aquā,  
 immundus fiebat: & sicut ipse seipsum aspergeret,  
 immundus remaneret: si autem alius eum asper-  
 geret, ille immundus esset: & similiter ille qui illum  
 aspergeret, & sic in infinitum. Figuralis autem ra-  
 tio huius sacrificij est, quia per vaccā rufam signifi-  
 catur Christus secundum infirmitatem assumptam,  
 quam foemininus sexus designat: sanguinem autem  
 passionis eius designat vaccæ color. Erat autem vac-  
 ca rufa ætatis integræ: quia omnis operatio Chri-  
 sti est

Lib. 2. Anti-  
 quitatum.  
 cap. 7.

si est perfecta, in qua nulla erat macula, nec portauit iugum peccati. Praecipitur autem adduci ad Moysem: quia imputabant ei transgressionem Moisaicae legis in violatione Sabbathi. Praecipitur autem tradi Eleazaro sacerdoti, quia Christus occidendus in manus sacerdotum traditus est. Immolatur autem extra castra, quia extra portam Christus passus est. Intingit autem sacerdos digitum in sanguine eius, quia per discretionem, quam digitus significat, mysterium passionis Christi est considerandum, & imitandum. Aspergitur autem contra tabernaculum, per quod synagoga designatur, vel ad condemnationem Iudeorum non credentium, vel ad purificationem credentium. Et hoc septem vicibus, vel propter septem dona Spiritus Sancti: vel propter septem dies, in quibus omne tempus intelligitur. Sunt autem omnia quae ad Christi incarnationem pertinent, igne cremanda, id est, spiritualiter intelligenda: nam per pellem & carnem, exterior Christi operatio significatur: per sanguinem, subtilis & interna virtus exteriora facta verificans: per sinum, lassitudo, sitis, & omnia huiusmodi ad infirmitatem pertinentia. Adduntur autem tria, scilicet cedrus, quod significat altitudinem spei, vel contemplationis: hyssopus, quod significat humilitatem vel fidem: cocculus bis tinctus, quod significat geminam charitatem. per haec enim debemus Christo passo adherere. Iste autem cinis combustionis colligitur à viro mundo, quare reliquiae passionis perueniunt ad Gentiles, qui non fuerunt culpabiles in Christi morte. Apponuntur autem cineres in aqua ad expiandum, quia ex passione Christi baptismus sortitur virtutem emundandi peccata. Sacerdos autem qui immolabat & comburebat vaccam, & ille qui comburebat, & qui colligebat cineres, immundus erat & etiam qui aspergebat aquam: vel quia Iudaei sunt facti immundi ex occisione Christi, per quam nostra peccata expiantur, & hoc vsque ad vesperum, id est, vsque ad finem mundi, quando reliquiae Israel conuertentur: vel quia illi qui tractant sancta, intendentes ad emundationem aliorum, ipsi etiam aliquas immunditias contrahunt, vt Greg. dicit in pastoralibus, & hoc vsque ad vesperum, id est, vsque ad finem praesentis vitae.

De vituli & arietis & hirci sacrificijs, ad 4. argu. huius art.

Ad vt. dicendum, quod sicut dictum est, \* immunditia quae ex corruptione proueniebat vel mentis, vel corporis, expiatur per sacrificia pro peccato. Offerebantur autem specialia sacrificia pro peccatis singulorum: sed quia aliqui negligentes erant circa expiationem huiusmodi peccatorum & immunditiarum, vel etiam propter ignorantiam ab expiatione huiusmodi desistebant, institutum fuit, vt semel in anno decima die septimum mensis fieret sacrificium expiationis pro toto populo. Et quia sicut Apostolus dicit ad Hebr. 7. Lex constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes, oportebat quod sacerdos prius offerret pro seipso vitulum pro peccato in commemorationem peccati, quod Aaron fecerat in conflatione vituli aurei: & arietem in holocaustum, per quod significabatur, quod sacerdotis prelatio, quam aries designat, qui est dux gregis, erat ordinanda ad honorem Dei. Deinde autem offerebat pro populo duos hircos: quorum vnus immolabatur ad expiandum peccatum multitudinis. Hircus enim animal fetidum est, & de pilis eius fiunt vestimenta pungentia, vt per hoc significaretur foetor & immunditia aculei peccatorum. Huius autem hirci immolati sanguis inferebatur si-

mul etiam cum sanguine vituli in Sancta sanctorum & aspergebatur ex eo totum Sanctuarium, & circumficandum, quod tabernaculum emundandum, & immunditiam filiorum Israel. Corpus vero hirci vituli, quae immolata sunt pro peccato, oportebat comburi, ad ostendendum consummationem peccatorum. Non autem in altari, quia ibi non comburebantur totaliter nisi holocausta: vnde immolatum erat, vt comburerentur extra castra in designationem peccati. hoc enim fiebat, quando vnus immolabatur sacrificium pro aliquo graui peccato, vel pro multitudine peccatorum. Alter vero hircus emittebatur in desertum, non quidem vt offerretur Daemonibus, quos colebant Gentiles in deserto, quia eis nihil licebat immolari, sed ad significandum effectum illius sacrificij immolati: & idcirco sacerdos imponebat manum super caput eius, & detrans peccata filiorum Israel, ac si ille hircus detraheret ea in desertum, vbi à bestiis comedere: quali portans poenam pro peccatis populi. Dicitur autem portare peccata populi, vel quia in emissionem significabatur remissio peccatorum populi: vel quia colligebatur super caput eius, & schedula, vbi erant scripta peccata. Ratio analogicalis horum erat, quia Christus significatur vitulum propter virtutem: & per arietem, quia est dux fidelium, & per hircum propter similitudinem carnis peccati, & ipse Christus est immolatus pro peccatis, & sacerdos, & populi: quia per passionem & maiores, & minores peccata detrahuntur. Sanguis autem vituli & hirci inferuntur castra per Pontificem: quia per sanguinem patris Christi patet nobis introitus in Regnum caelorum. Comburebantur autem eorum corpora extra castra, quia extra portam Christus passus est, vt Apoc. citat ad Hebr. vii. Per hircum autem qui emittitur potest significari vel ipsa diuinitas Christi, quae in mundum abiit, homine Christo patiente, non in eodem loco mutans, sed virtutem cohibens, & significatur concupiscentia mala, quam debemus nobis abijcere, virtuosos autem mortuos debemus immolare. De immunditia vero eorum quae in sacrificijs comburebant, eadem ratio dicitur in sacrificio vitulae rufa dicta est. \*

Ad vii. dicendum, quod per ritum legis leprosi emundabatur à macula lepra, sed emundatus non debatur. Et hoc significatur Leuit. 14. cum dicitur de Sacerdote. Cum inuenit lepram esse emundatam, praecipiet ei qui purificatur. Iam ergo lepra emundata erat: sed purificari dicebatur, in quantum sacerdotis restituebatur consortio hominum, & cultui diuino. Contingebat tamen quandoque, vt de miraculo per ritum legis corporalis mundaretur, quod sacerdos decipiebatur in iudicio. Huiusmodi autem purificatio leprosi dupliciter fiebat: primo iudicabatur esse mundus: secundo autem restituebatur tanquam mundus consortio hominum, & cultui diuino, scilicet post septem dies. In primo tempore purificationis offerebat pro se leprosum mundus duos passeris viuos, & lignum cedrinum, & miculum, & hyssopum, hoc modo, vt filo cocculus ligarentur passer & hyssopus simul cum signo cocculi: ita scilicet quod lignum cedrinum, & miculum manubrium aspersorij: hyssopus vero & passeris id quod de aspersorio tingebatur in sanguine passeris immolati in aquis viuis. Haec autem quatuor offerebat contra quatuor defectus lepra.

contra putredinem offerebatur cedrus. quæ est arbor impuribilis: contra foetorem, hysopus quæ est herba odorifera: contra infensibilitatem, passer viuis: contra turpitudinem coloris, vermiculus qui habet viuum \* colorem. Passer verò viuis aduolare admittetur in agrum: quia leprosus restituebatur pristina libertati. In octauo verò die admittetur ad cultum diuinum, & restituebatur confortio hominum. Primò tamen rasis pilis totius corporis & vestimentis, eo quòd lepra pilos corrodit, & vestimenta coinquinat, & foetida reddit. Et postmodum sacrificium offerebatur pro delicto eius: quia lepra plerumque inducitur pro peccato. De sanguine autem sacrificij tingebatur extremum auriculæ eius qui erat mundandus & pollices manus dextræ & pedis: quia in istis partibus primum lepra dignoscitur & sentitur. Adhibebantur etiam huic ritui tres liquores, scilicet sanguis contra sanguinis corruptionem: oleum ad designandum sanationem morbi: aqua viua ad emundandum spurcitiã. Figuratis autem ratio erat, quia per duos passeres significatur diuinitas, & humanitas Christi, quorum vnus scilicet humanitas, immolatur in vase fictili super aquas viuentes: quia per passionem Christi aquæ baptismi consecrantur. Alius autem, scilicet impassibilis diuinitas, viuis remanebat: quia diuinitas mori non potest, vnde & euolat, quia passione astringi non poterat. Hic autem passer viuis simul cū ligno cedrino, & cocco, vermiculo & hysopo, id est, fide, spe, & charitate, vt supra dictū est \* mittitur in aquã ad aspergendum: quia in fide Dei & hominis baptizamus. Lauat autem homo per aquam baptismi & lachrymarum vestimenta sua, id est, opera, & omnes pilos, id est cogitationes. Tingtur autem extremū auriculæ dextræ eius qui mundatur de sanguine & de oleo, vt eius auditum muniat contra corruptionem verba. Pollices autem manus dextræ & pedis tinguntur, vt sit eius actio sancta. Alia verò quæ ad hanc purificationem pertinent, vel etiam aliarum munditiarum, non habent aliquid speciale præter alia sacrificia pro peccatis, vel pro delictis.

AD VII. & IX. dicendum, q̄ sicut populus instituebatur ad cultum Dei per circumcisionem, ita minister per aliquam specialem purificationem, vel consecrationem: vnde & separari ab alijs præcipiuntur, quasi specialiter ad ministeriū cultus diuini præ alijs deputati. Et totum quod circa eos fiebat in eorum consecratione, vel institutione, ad hoc pertinebat, vt ostenderetur eos habere quandam prærogatiuã puritatis, & veritatis, & dignitatis. Et ideo in institutione ministrorum tria fiebant. primò enim purificabantur: secundo ordinabantur & consecrabantur: tertio applicabatur ad vsum ministerij. Purificabantur quidem cõmuniter omnes per ablutionem aquæ, & per quædam sacrificia. specialiter autem Leuitæ radebant omnes pilos carnis suæ, vt habetur Leuit. 8. Consecratio verò circa Pontifices & Sacerdotes hoc ordine fiebat. primò enim postquã abluti erant, induebantur quibusdam vestimētis specialibus pertinentibus ad designandum dignitatem ipsorū. Specialiter autem Pontifex oleo vñctionis in capite vngebatur, vt designaretur, q̄ ab ipso diffundebatur potestas consecrandi ad alios, sicut oleum à capite derivatur ad inferiora, vt habetur in Psalm. 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbã, barbã Aaron. Leuitæ verò non habebant aliam consecrationem, nisi quòd offerebatur Domino à

A filijs Israhel per manus Pontificis, qui orabat pro eis. Minorum verò sacerdotum solæ manus consecrabatur, quæ erant applicandæ ad sacrificia. Et de sanguine animalis immolati tingebatur extremum auriculæ dextræ ipsorū, & pollices pedis aut manus dextræ, vt scilicet essent obediētes legi Dei in oblatione sacrificiorū, quod significatur in intinctione auris dextræ: & q̄ essent solliciti, & prompti in executione sacrificiorū, quod significatur in intinctione pedis & manus dextræ. Aspergebantur etiam ipsi & vestimenta eorum sanguine animalis immolati in memoriam sanguinis agni, per quem fuerunt liberati in Aegypto. Offerebantur autem in eorum consecratione huiusmodi sacrificia, Vitulus pro peccato, in memoriam remissionis peccati Aaron circa conflationem vituli. Aries in holocaustum, in memoriam oblationis Abraham, cuius obediētiã Pontifex imitari debebat. Aries etiam cõsecrationis, qui erat quasi hostia pacifica, in memoriam liberationis de Aegypto per sanguinem agni. Canistrum autē panem in memoriam mannae præstiti populo. Pertinebat autē ad applicationem ministerij, quod imponebatur super manus eorū, ad epe arctis, & torta panis vnus, & armus dexter, vt ostēderetur, q̄ accipiebant potestatem huiusmodi offerendi Domino. Leuitæ verò applicabantur ad ministerium per hoc, q̄ intro mittebantur in tabernaculū fœderis, quasi ad ministrandū circa vasa sanctuarij. Figuratis verò horum ratio erat, quia illi qui sunt consecrandi ad spirituale ministeriū Christi, debent primo purificari per aquã baptismi & lachrymarū in fide passionis Christi, q̄ est expiatium & purgatiuum sacrificium. Et debent radere oēs pilos carnis, i. oēs prauas cogitationes, debent etiã ornari virtutibus, & cõsecrari oleo Spiritus Sancti, & asperione sanguinis Christi, & sic debent esse intēti ad exequenda spiritualia ministeria.

AD X. dicendum, q̄ sicut iam dictum est, \* intētio legis erat inducere ad reuerentiã diuini cultus. & hoc dupliciter. Vno modo excludendo à cultu diuino omne id q̄ poterat esse cõtēptibile: alio modo apponendo ad cultū diuinū omne illud q̄ videbatur ad honorificentiã pertinere. Et si hoc quidem obseruabatur in tabernaculo & vasis eius & animalibus immolandis, multò magis hoc obseruandū erat in ipsis ministris. Et ideo ad remouendū contemptum ministrorū, præceptum fuit, vt non haberet maculã, vel defectum corporalem: quia hmoi hoies solent apud alios in contemptu haberi. Propter quod etiã institutum fuit, vt nō sparsim ex quolibet genere ad Dei ministeriū applicarentur, sed ex certa prosapia fm generis successione, vt ex hoc clariores & nobiliores haberentur. Ad hoc autē q̄ in reuerentia haberentur, adhibebatur eis specialis ornatus vestiu, & specialis consecratio. Et hæc est in cõi causa ornatus vestium. In speciali autem sciendum est, q̄ Pontifex habebat octo ornamenta. Primò enim habebat vestem lineam. Secundo habebat tunicam hyacinthinam, in cuius extremitate versus pedes ponebantur per circuitum tintinabula quædã, & mala punica facta ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto. Tertio habebat superhumeralẽ, q̄ tegebat humeros, & anteriorem partem vsque ad cingulum: quod erat ex auro & hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & bysso retorta: & super humeros habebat duos onychinos, in quibus erant sculpta nomina filiorum Israhel. Quartum erat rationale, ex eadẽ materia factum, quod erat quadratum, & ponebatur

\* De ornamentis vestis ministrorū Dei. In solu. argu. 8. & art. 4. huius q.



in pectore, & coniungebatur superhumerali. Et in hoc rationali erant duodecim lapides pretiosi distincti per quatuor ordines, in quibus etiam sculpta erant nomina filiorum Israel, quasi ad designandum, quod ferret onus totius populi per hoc, quod habebat nomina eorum in humeris, & quod iugiter debebat de eorum salute cogitare per hoc, quod portabat eos in pectore, quasi in corde habens. In quo etiam rationali mandavit Dominus poni doctrinam & veritatem: quia quaedam pertinentia ad veritatem iustitiae & doctrinam scribebantur in illo rationali. Iudaei tamen fabulantur, quod in rationali erat lapis, qui secundum diversos colores mutabatur secundum diversa, quae debebant accedere filiis Israel: & hoc vocant veritatem & doctrinam. Quintum erat baltheus, id est cingulus quidam factus ex praedictis quatuor coloribus. Sextum erat tiara, id est mitra quaedam de bysso. Septimum autem erat lamina aurea, pendens in fronte eius: in qua erat scriptum nomen Domini. Octavum autem erant femoralia linea, ut operirent carnem turpitudinis suae quando accederent ad Sanctuarium, vel ad altare. Ex istis autem octo ornamentis minores sacerdotes habebant quatuor, scilicet, tunicam lineam, femoralia, baltheum, & tiaram. Horum ornamentorum quidam rationem literalem assignant, dicentes, quod in istis ornamentis designabatur dispositio orbis terrarum, quasi Pontifex protestaretur se esse ministrum Creatoris mundi, unde etiam Sap. 18. dicitur, quod in veste Aaron erat descriptus orbis terrarum. Nam femoralia linea figurabant terram, ex qua linum nascitur: balthei circumvolutio significabat Oceanum, qui circumcingit terram. Tunica hyacinthina suo colore significabat aerem, per cuius tintinabula significabantur tonitrua, per mala granata coruscationes. Superhumerali vero significabat sua varietate caelum siderum: duo onychini duo hemisphaeria, vel Sol & Luna. Duodecim gemae in pectore, duodecim signa in Zodiaco, quae dicebantur posita in rationali: quia in celestibus sunt rationes terrenorum, secundum illud Iob. 38. Numquid nosti ordinem caeli, & ponis rationem eius in terra: Cidarid autem vel tiara significabat caelum empyreum: lamina aurea Deum omnibus praesidentem. Figurata vero ratio manifesta est. Nam macula, vel defectus corporales, a quibus debebant sacerdotes esse immunes, significant diversa vitia & peccata, quibus debent carere. Prohibetur enim esse caecus, id est ignorans: ne sit claudus, id est instabilis, & ad diversa se inclinans: ne sit parvus, vel grandi, vel torto naso, id est ne per defectum discretionis, vel in plus, vel in minus excedat, aut etiam aliqua prava exerceat, per nasum, id est discretio designatur, quia est discretivus odoris. Ne sit fracto pede, vel manu, id est ne amittat virtutem bene operandi, vel procedendi in virtute. Repudiatur etiam si habeat gibbum vel ante, vel retro: per quem significatur superfluous amor terrenorum. Si est lippus, id est per carnalem affectum eius ingenium obscuratur: contingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiam si habeat albuginem in oculo, id est praesumptionem candoris iustitiae in sua cogitatione. Repudiatur etiam si habeat iugem scabiem, id est petulantiam carnis. Et si habuerit impetiginem, quae sine dolore corpus occupat, & membrorum decorum sedat, per quam avaritia designatur. Et etiam si sit herniosus, vel ponderosus, qui scilicet gestat pondus turpitudinis in corde, licet non exerceat in opere. Per ornamenta vero designantur virtutes ministrorum Dei. Sunt autem quatuor, quae sunt necessariae omnibus

ministris, scilicet, castitas, quae significatur per tunicam. Puritas vero vita, quae significatur per lamina aurea. Moderatio discretionis, quae significatur per cingulum. Et rectitudo intentionis, quae significatur per tiaram protegentem caput. Sed praedictae virtutes debent quatuor habere. Primum quidem Dei memoriam in contemplatione: & hoc significat lamina aurea habens nomen Dei in fronte. Secundum, quod supportet infirmitates populi: quod significat superhumerali. Tertio, quod habeat populum in corde & in visceribus per sollicitudinem charitatis significatur per rationale. Quarto, quod habeat conversationem celestem per opera perfectiorum, quod significatur per tunicam hyacinthinam & tunicam hyacinthinam adiunguntur in extremis tintinabula aurea, per quae significatur doctrinam uniorum, quae debet coniungi celesti conversationi Pontificis. Ad iunguntur etiam mala punitiva, quae significatur unitas fidei & concordia in ministeribus: quia sic coniuncta debet esse eius doctrina, ut per eam fidei & pacis unitas non rumpatur.

## ARTICULVS VI.

*Utrum fuerit aliqua rationalis causa observationum caeremonialium.*

**A**D SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod quantiarum caeremonialium nulla fuerit rationalis causa. Quia ut Apostolus dicit 1. ad Tim. Omnis creatura Dei est bona, & nihil reijcitur quod cum gratiarum actione percipitur. Invenitur igitur prohibiti sunt ab usu quatuor animalium, tanquam immundorum, ut patet Lev. 11. 2. Prater. Sicut animalia dantur in cibum hominibus, ita etiam herbae. Unde dicitur Genes. 3. Quae visceria dedi vobis omnem carnem: sed vobis lex non distinxit aliquas immundas, cum tamen quae illarum sint maxime nocivae, ut puta vermes, ergo videtur, quod nec de animalibus aliquae sint prohiberi tanquam immunda. 3. Prater. Si materia est immunda, ex qua aliquae generantur, pari ratione videtur, quod id quae generatur sit immundum: sed ex sanguine generatur caro, igitur non oes carnes prohiberentur tanquam immundae, pari ratione nec fanguis debuit prohiberi immundus, aut adeps, qui ex sanguine generatur. 4. Prater. Dominus dicit Matth. 10. eos non mandos qui occidunt corpus, quia post mortem non habent quid faciant: quod non esset verum, si in nocuum homini cederet quid ex eo multo igitur minus pertinet ad animaliam, quod qualiter eius carnes decoquantur. Irrationabiliter videtur esse quod dicitur Exod. 23. Non comedum in lacte matris suae. 5. Praterea. Ea quae sunt primitiva in hominibus animalibus, tanquam perfectiora praecipue immundo offerri. Inconvenienter igitur praecipitur Lev. 19. Quando ingressi fueritis terram, & plantaveritis in ea signa pomifera, auferetis primum, id est, prima germina, & immunda erunt vobis edetis ex eis. 6. Prater. Vestimentum extra corpus hominis non igitur debuerunt quaedam specialia vestimenta Iudaeis interdici, puta, quod dicitur Lev. 19. Quae ex duobus texta est, non indueris. & Deum non induetur mulier veste virili, & vir non induetur veste foeminea. & infra. Non indueris vestimentum quod ex lana linoque contextum est. 7. Prater. Memoria mandatorum Dei non

ad corpus, sed ad cor. incōuenienter igitur præcipitur Deuter. 6. q̄ ligarentur præcepta Dei quasi signū in manu sua, & q̄ scriberentur in limine ostiorum, & quōd per angulos palliorum facerent simbrias, in quibus ponerent vittas hyacinthinās, in memoriā mandatorum Dei, vt habetur Num. 15.

¶ 8 Præc. Aposto. dicit 1. ad Cor. 6. quōd nō est cura Deo de bobus, & per cōsequēs neq; de alijs animalibus irrationalibus, incōuenienter igitur præcipitur Deut. 22. Si ambulaueris per viā, & inueneris nidum aui, nō tenebis marrē cum filijs, Deut. 25. Non alligabis os bouis triturantis. & Leuit. 19. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

¶ 9 Præc. Inter plantas nō fiebat discretio mundorū ab immundis, ergo multō minus circa culturā plantarum debuit aliqua discretio adhiberi, ergo incōuenienter præcipitur Leuitic. 29. Agrum non seres diuerso semine. & Deuter. 22. Non seres vineam tuā altero semine, & non arabis in boue simul & asino.

¶ 10 Præc. Ea quæ sunt inanimata, maximē videntur hominum potestati esse subiecta. incōuenienter igitur accretur homo ab argento & auro, ex quibus fabricata sunt idola, & ab alijs quæ in idolorum domibus inueniuntur, præcepto legis, quod habetur Deuteronom. 7. Ridiculum etiam videtur esse præceptum quod habetur Deuteronom. 23. Vt egestiones humo operentur fodientes in terra.

¶ 11 Præc. Pietas maximē in sacerdotibus requiritur: sed ad pietatem pertinere videtur, quōd aliquis finibus amicorum interfit. vnde etiam de hoc Tobias laudatur, vt habetur Tob. 1. Similiter etiā quandoque ad pietatem pertinet, quōd aliquis in vxorē accipiat meretricem: quia per hoc eam à peccato & infamia liberat, ergo videtur, quōd hæc incōuenienter prohibeantur sacerdotibus. Leuitic. 21.

SED CONTRA est, quōd dicitur Deuteronom. 18. Tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es. ex quo potest accipi, q̄ huiusmodi obseruantia sunt instituta à Deo ad quandam specialem illius populi prærogatiuam. non ergo sunt irrationabiles, aut sine causa.

RESPON. Dicendum, q̄ populus Iudæorum, vt supra dictum est, † specialiter erat deputatus ad cultū diuinum, & inter eos specialiter sacerdotes. & sicut alia res, quæ applicantur ad cultum diuinum, aliqua specialitatem debent habere, quod pertinet ad honorificentiam diuini cultus: ita etiam & in conuersatione illius populi, & præcipuē sacerdotū, debuerunt esse aliqua specialia congruentia ad cultū diuinum vel spirituale, vel corporalem. Cultus autem legis figurabat mysterium Christi. vnde omnia eorum gesta figurabant ea, quæ ad Christum pertinent: s̄m illud 1. Cor. 10. Omnia in figuram continebant illis, & ideo rationes harum obseruantiarum dupliciter assignari possunt. Vno modo s̄m congruentiā ad diuinum cultum. Alio modo secundū quod figurant aliquid circa Christianorum vitam.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ sicut supra dictum est, \* duplex pollutio, vel immunditia obseruabatur lege. Vna quidem culpa, per quam polluebatur animalia autē corruptionis cuiusdam, per quam quodammodo inquinatur corpus. Loquendo igitur de prima immunditia, nulla genera ciborum immunda sunt, vel hominem inquinare possunt, s̄m suam naturā. vnde dicitur Matth. 15. Non quod intrat in os, coinquinat hominē: sed quæ procedunt de ore, hæc coinquinant hominem. & exponitur hoc de peccatis.

A Possunt tñ aliqui cibi per accidens inquinare aīam, in quantum. s̄ contra obediētiam, vel vorū, vel ex nimia concupiscentia comeduntur: vel in quantum prebent fomētum luxuriæ, propter qđ aliqui a vino & carnibus abstinēt. Secundum autē corporalē immunditiam, quæ est corruptionis cuiusdam, aliqua animalium carnes immunditiā habent, vel quia ex rebus immundis nutriuntur, sicut porcus, aut immundæ conuersantur, sicut quædam animalia sub terra habitantia, sicut talpæ, & mures, & alia huiusmodi. vnde etiā quædam foetorē contrahūt: vel quia eorum carnes propter superfluum humiditatē, vel siccitatem corruptos humores in corporibus humanis generāt: & ideo prohibita sunt eis carnes animalium habentium

B soleas. i. vngulam continuā, nō fissā, propter eorū terrefreitatē. & similiter sunt eis prohibita carnes animalium habentium multas fissuras in pedibus, quia sunt nimis cholericæ & adusta, sicut carnes leonis & hmōi. & eadem ratione prohibita sunt eis aues quædam rapaces, quæ sunt nimis siccitatis, & quædam aues aquaticæ propter excessum humiditatis. Similiter etiā quidā pisces nō habentes pennulas & squāmas, vt anguilla, & hmōi, ppter excessum humiditatis. Sunt autē eis concessa ad esum animalia ruminantia, & fundentia vngulā: quia habent humores bene digestos, & sunt mediæ cōplexionis: quia nec sunt nimis humida, quod significat vngulæ: neque sunt nimis terreftria, cum nō habeant vngulā cōtinuā, sed fissam. In piscibus etiā cōcessi sunt eis pisces sicciiores, qđ significatur p hoc, q̄ habent squāmas & pennulas: per hoc. n. efficitur temperata cōplexio humida pisciū. In auiibus etiā sunt eis cōcessæ magis temperatæ, sicut gallinæ, perdices, & alia hmōi. Alia rō fuit in derestationē idolatriæ. nam Gentiles & præcipuē Aegyptij, inter quos erāt nutriti, hmōi animalia prohibita idolis immolabāt, vel eis ad maleficia utebātur. Animalia verō quæ Iudæis sunt cōcessa ad esum, nō comedebāt: sed ea tanquā Deos colebant: vel propter aliā causam ab eis abstinebant, vt supra dictū est. \* Tertia rō est ad tollendam nimiam diligentiam circa cibaria: & ideo conceduntur illa animalia, quæ de facili & in promptu haberi possunt. Generaliter tñ prohibitus est eis esus omnis sanguinis & adipis cuiuslibet animalis: sanguinis quidem tum ad vitandam crudelitatem, vt derestarentur humanum sanguinem effundere, sicut supra dictum est: \* tum etiā ad vitandum idolatriæ ritum: quia eorū cōsuetudo erat, vt circa sanguinem congregatum adunarentur ad comedendum in honorem idolorum, quibus reputabāt sanguinem acceptissimum esse. & ideo Dñs mādauit, q̄ sanguis effunderetur, & q̄ puluere operiretur. Et propter hoc etiam prohibitus est eis comedere animalia suffocata, vel strangulata: quia sanguis eorum non separatur a carne, vel quia in tali morte animalia multū affliguntur: & Dñs voluit eos a crudelitate prohibere etiā circa animalia bruta, vt per hoc magis cederent a crudelitate hoīs, habentes exercitium pietatis etiā circa bestias. Adipis etiam esus prohibitus est eis, tum quia idolatriæ comedebāt illum in honorem Deorum suorum: tum etiam quia cremabatur in honorem Dei: tum etiam quia sanguis & adeps non generant bonum nutrimentum, quod p causā inducit Rabbi \* Moyses. Causa autem prohibitionis esus neruorū, exprimitur Gen. 32. vbi dicitur, q̄ non comedunt filij Israel neruū, eo q̄ tetigerit neruū femoris Iacob, & obstupuerit. Figuratis autē ratio horum est: quia per omnia huiusmodi ani-

C

D

E

\* Ar. 3. ad 6.

\* Artic. 3. ad 8. argum.

\* In lib. Dux errantium.

\*Lib. 6. c. 7.  
circa princ.  
tom. 6.

di animalia prohibita designantur aliqua peccata, in quorum figuram illa animalia prohibebantur. unde dicit Aug. in lib. cōtra Faustū. \* Si de porco & agno requiratur, utrunq; natura mundum est: quia omnis creatura Dei bona est. quadam vero significatione agnus mundus, porcus immundus est, tanq; si fultū, & sapientem diceret, utrunq; hoc verbum natura vocis & literarum & syllabarum ex quibus constat, mundum est: significatione autē vnum est mundū, & aliud immundum. Animal. n. quod ruminat, & vngulam findit, mundum est significatione, quia filio vngula significat distinctionem duorum testamentorū, vel patris & filij, vel duarū naturarū in Christo, vel discretionem boni & mali. Ruminatio autem significat meditationem scripturarum, & sanum intellectum earum. Cuiusque autē horum alterū deest, spiritualiter immundus est. Similiter etiam in piscibus, illi qui habent squammas, & penulas, significatione mundi sunt: quia per pennulas significatur vita sublimis, vel cōtemplatio: per squammas autem significatur aspera vita, quorum utriusque necessarium est ad munditiam spirituale. In aibus autē specialia quaedam genera prohibentur. In Aquila. n. quæ alte volat, prohibetur superbia. In Gryphe aut, qui equis & hoibus infestus est, crudelitas potestum prohibet. In Halyeto autē, qui pascitur minutis aibus, significatur illi qui sunt pauperibus molesti. In Miluo autem, qui maximē in silijs vitur, designantur fraudulenti. In Vulture autē, qui sequitur exercitum, expectans comedere cadavera mortuorum, significant illi qui mortes & seditiones hominum affectant, ut inde lucentur. Per animalia eorum generis, significantur illi, qui sunt voluptatibus denigrati, vel q sunt expertes bonæ affectionis: quia Coruus semel emissus ab arca, nō est reuersus. Per Struthionem, qui cū sit avis, volare nō pot: sed semper est circa terrā, significatur Deo militantes, & se negotijs secularibus implicantes. Nycticorax, quæ nocte acuti est visus, in die aut non videt, significat eos qui in temporalibus sunt astuti, in spiritualibus hebetes. Larus autem, qui & volat in aere, & natat in aqua, significat eos, qui & circumfisionē & baptismum venerantur: vel significat eos, qui per cōtemplationem volare volūt, & tñ viuunt in aquis voluptatū. Accipiter verō, qui deseruit hoibus ad prædam, significat eos q ministrāt potentibus ad depradādum pauperes. Per Bubonē, qui in nocte victū querit, de die aut latet, significant luxuriosi, qui occultari querunt nocturnis operibus quæ agunt. Mergulus autem, cuius natura est, ut sub vndis diutius immoretur, significat gulosōs, qui in aquis deliciarum se immergunt. Ibis verō avis est in Aphrica habens longū rostrū, quæ serpentibus pascitur, & forte est idē quod ciconia, & significat inuidos, qui de malis aliorū, quasi de serpentibus reficiuntur. Cygnus autē est coloris candidi, & longū collū habet, qui ex profunditate terræ, vel aquæ cibū trahit, & pot significare hoies, qui p exteriorē iustitiæ candorem lucra terrena quarunt. Onocrotalus autē avis est in partibus Oriēris lungo rostro, q in faucibus habet quosdā folliculos, in quibus primo cibū reponit, & post horam in vētrem mittit: & significat auaros, qui immoderata sollicitudine necessaria virg congregat. Porphyrion autē præter modum aliarum auium habet vnum pedem latum ad natandum, aliū fissum ad ambulandum: quia & in aqua natat, ut anates, & in terra ambulat, ut perdices, solo morfū bibit, omnem cibum aqua tingens, & significat eos qui ni-

hil ad alterius arbitrium facere volūt, sed sicut fuerit tinctum aqua propriæ voluntatis. Per dionē, qui vulgariter Falco dicitur, significatur quorū pedes sunt veloces ad effundendum nēm. Chafadriōn autem, quæ est avis garrulissima, loquaces. Vpupa autē, quæ nidificat in arboribus, & foetenti pascitur fimo, & gemitum in simular, significat tristitiam seculi, quæ in hominibus immundis mortem operatur. Per vespertilionē, quæ circa terram volitat, significatur illi qui in lari scientia præditi, sola terrena sapiunt. Cetera autem & quadrupedia, illa sola occurrunt, quæ posteriora erant habent lōgiora, ut fallere sint: alia verō quæ terra magis adherent, prohibentur: quia illi qui abutuntur doctrina quantum ad gelistarum, ut per eam in altum non subleuentur, immundi reputantur. In sanguine verō, & abneruo intelligitur prohiberi crudelitas, & vobilitudo ad peccandum.

**AD III.** dicendum, q etis plantarum, & aliorum terræ nascentium fuit apud homines etiam inuicium: sed esus carniū videtur esse postea introductus. Dicitur enim Genes. 8. Quatuordecim dies dedi vobis omnem carnem. & hoc idem esus terræ nascentium magis pertinet ad quæ simplicitatem vitæ: esus autem carniū ad delicias, & curiositatem viuendi. Spontē enim herbæ germinat, vel eum modico studio heredi terræ nascentia in magna copia procurantur: etiam eum magno studio animalia inuicium etiam capere: & ideo volens Dominus carnem suam reducere ad simplicitatem vitæ, in genere animalium eis prohibuit, non autem nec terræ nascentium: vel etiam quia animalia molabantur idolis, non autem terræ nascentia.

**AD IIII.** patet responsio ex dictis. **AD IIII.** dicendum, q etis hœdus occiditur, qualiter carnes eius coquantur: tñ in antiquis ad quādam crudelitatem pertinetur, si lac matris quod datum est ei pro nutrimento ad cōsumptionem carniū ipsius additur, qd Gentiles in solemnitatibus idolorum carnes hœdi decoquebant ad immolandum comedendum, & ideo Exod. 23. postquam præfuerat de solemnitatibus celebrandis in lege dicitur, Non coques hœdum in lacte matris sue. Iis autē ratio huius prohibitionis est, quia præbatur, q Christus qui est hœdus propter similitudinem carnis peccati, non erat à Iudæis coquantur occidendus in lacte matris, id est, in temporaria: vel significatur, q hœdus, i. peccator nō coquantur in lacte matris, i. nō est blanditijs deliciarum.

**AD V.** dicendum, q Gentiles, fructus primarum quos fortunatos aestimabant, dijs suis offerunt, etiam comburebant eos ad quædam magica ritia: & ideo præceptum est eis, ut fructus trium primarum ferre omnes arbores terræ illius fructum percunt, quæ scilicet vel feminando, vel inserendo plantando coluntur. Raro autem contingit fructuū arboris, vel femina latentia feminam enim tardius facerent fructum: sed lex respicit quod frequentius fit. Poma autem quartarum primarum quàm primitiæ mundorum fructuū, Deo offeruntur: quinto autem anno & deinceps comeduntur. Figuralis autem ratio est, quia per hoc præceptum quod post tres status legis, quorū vnus est hœ-

ham vsque ad David, secundus vsque ad transmigrati-  
onem Babylonis, tertius vsque ad Christum, erat  
Christus Deo offerendus, qui est fructus legis: vel  
quia primordia nostrorum operum debent esse no-  
bis suspecta propter imperfectionem.

Ad vi. dicendum, qd sicut dicitur Eccles. 19. Ami-  
cus corporis enūciat de homine, Et ideo voluit Do-  
minus, vt populus eius distingueretur ab alijs popu-  
lis nō solo signo circuncisionis, quod erat in carne,  
sed etiā certa habitus distinctione: & ideo prohibitū  
fuit eis, ne induerentur vestimēto ex lana & lino cō-  
tecto, & ne mulier indueretur veste virili, aut econ-  
uerso, propter duo. Prīmō quidē ad vitādum idola-  
triae cultum. Hmōi. n. varijs vestibus ex diuersis con-  
textis Gentiles in cultu suorū deorum vtebantur, &  
etiā in cultu Martis mulieres vtebātur armis virorū:  
in cultu autē Veneris ecōuerso viri vtebantur vesti-  
bus mulierum. Alia rō est ad declinandam luxuriā,  
nam per commissiones varias in vestimentis, oīs in-  
ordinata cōmītio coitus excluditur. Quōd autē mu-  
lier induatur veste virili, aut econuerso, inuentium  
est concupiscentiā, & occasione libidini pręstat. Fi-  
guralis autē ratio est, quia in vestimento cōtecto ex  
lana & lino interdicitur coniunctio simplicitatis &  
innocentiā, quę figuratur per lanā, & subtilitatis &  
malitiā, quę figuratur per linū: prohibetur etiā, qd  
mulier non vsurpet sibi doctrinam, vel alia virorum  
officia, vel ne vir declinet ad mollities mulierum.

Ad vii. dicendū, qd sicut Hiero. dicit super Matt.  
Dns iussit, vt in quatuor angulis palliorū hyacin-  
thinas fimbrias faceret ad populū Israēl dignoscen-  
dū ab alijs populis, vnde per hoc se esse Iudæos pro-  
fitebantur: & ideo per aspectum huius signi induce-  
bātur in memoriam suę legis. Quod autem dicitur,  
Ligabis ea in manu tua, & erunt semper ante oculos  
tuos, Pharisei malē interpretabantur, scribentes in  
membris decalogum Moyfi, & ligabant in fronte  
quasi coronam, vt ante oculos moueretur: cū ta-  
men intentio Domini mandantis fuerit, vt signaren-  
tur in manu, idest, in operatione, & essent ante o-  
culos, idest, in meditatione. In hyacinthis autē vittis,  
quę pallijs inferebantur, significatur celestis inten-  
tio, quę omnibus operibus nostris debet adiungi.  
Potest tamen dici, quōd quia populus ille carnalis  
erat, & duræ cervicis, oportuit etiam per huiusmodi  
sensibilia eos ad legis obseruantiam excitari.

Ad viii. dicendū, qd affectus hoīs est duplex. Vnus  
quidem fm rationem: alius verō fm passionem. Se-  
cundum igitur affectum rationis non refert qd ho-  
mo circa bruta animalia agat: quia omnia sunt subie-  
cta eius potestati à Deo, fm illud Psal. 8. Oīa subieci-  
sti sub pedibus eius. & secundū hoc Apost. dicit, qd  
non est cura Deo de bobus: quia Deus non requirit  
ab homine quid circa boues agat, vel circa alia ani-  
malia. Quantum verō ad affectum passionis, mouet  
affectus hominis etiam circa alia animalia: quia  
enim passio misericordię cōsurgit ex afflictionibus  
aliorum, contingit autem etiam bruta animalia pœ-  
nas sentire, pōt in homine cōsurgere misericordię  
affectus etiā circa afflictiones animalium. Proximū  
autē est, vt qui exercetur in affectu misericordię cir-  
ca animalia, magis ex hoc disponatur ad affectū mi-  
sericordię circa homines. vnde dicit Prover. 12. No-  
uit iustus animas iumentorum suorū: viscera autem  
impiorum crudelia. Et ideo vt Dominus populum  
Iudaicum ad crudelitatem pronum, ad misericordiam  
reuocaret, voluit eos exercere ad misericordiā etiā

A circa bruta animalia, prohibens quēdā circa anima-  
lia fieri, quę ad crudelitatem quandam pertinere vi-  
dentur: & ideo prohibuit ne coqueretur hœdus in  
lacte matris, & quōd non alligaretur os boui tritu-  
ranti, & qd non occideretur mater cum filijs. Quāuis  
etiā dici possit, quōd hæc prohibita sunt eis in dete-  
stationē idolatrię: nam Aegyptij nefarium reputa-  
bant, vt boues triturantes, de frugibus comederent.  
Aliqui etiam malefici vtebantur matre auis incubā-  
te, & pullis eius simul captis ad fecunditatem, & for-  
tunam circa nutritionem filiorum: & quia etiam in  
augurijs reputabatur hoc esse fortunatum, qd inue-  
niretur mater incubans filijs. Circa commissionem  
verō animalium diuersę speciei, ratio literalis potuit  
esse triplex. Vna quidem ad detestationem idolatrię

B Aegyptiorum, qui diuersis commissionibus vteban-  
tur in seruitium planetarum, qui secundū diuersas  
coniunctiones habent diuersos effectus, vt super di-  
uersas species rerum. Alia ratio est ad excludēdum  
conubitus contra naturam. Tertia ratio est ad tol-  
lendā vniuersaliter occasionem concupiscentię.  
Animalia enim diuersarum specierum non commi-  
scuntur de facili adinuicē, nisi hoc per hoies procu-  
retur: & in aspectu coitus animalium excitatur ho-  
mini cōcupiscentię motus. vnde & in traditionibus  
Iudæorum præceptum inuenitur, vt Rabbi Moyses  
dicit, vt homines auertāt oculos ab animalibus co-  
cubitus. Figuralis autē horum ratio est: quia boui  
trituranti, i. prædicatori deferenti segetes doctrinę,  
non sunt necessaria victus subtrahēda, vt Apostolus  
dicit primā ad Corinth. 9. Matrem etiam non simul  
debemus tenere cum filijs, quia in quibusdam reti-  
nendi sunt spiritualis sensus quasi filij, & dimittenda  
est literalis obseruatiō quasi mater, sicut in omnibus  
cæremonijs legis. Prohibetur etiam, quōd iumenta,  
idest, populares homines non faciamus coire, idest,  
coniunctionem habere cum alterius generis ani-  
mantibus, idest, cum Gentibus, vel Iudæis.

Ad ix. dicendum, quōd omnes ille cōmissiones  
in agricultura sunt prohibite ad literam, in detesta-  
tionem idolatrię: quia Aegyptij in venerationē stel-  
larum diuersas commissiones faciebant & in semi-  
nibus, & in animalibus, & in vestibus repręsentantes  
diuersas coniunctiones stellarum. Vel omnes huius-  
modi commissiones varię prohibentur ad detesta-  
tionem coitus cōtra naturam. Habent tñ figuralem  
rationem: quia quod dicitur, Non seres vineam tuā  
altero semine, est spiritualiter intelligendum, quōd  
in Ecclesia, quę est spiritualis vinea, non est seminan-  
da aliena doctrina: & similiter ager, idest, Ecclesia,  
non est teminandus diuerso semine, idest, catholica  
doctrina, & hæretica. Non est etiam simul arandum  
in boue & asino: quia fatuus sapienti in prædicatio-  
ne non est sociandus, quia vnus impedit alium.

Ad xi. dicendum, quōd malefici & sacerdotes  
idolorum vtebantur in suis ritibus ossibus, vel carni-  
bus hominum mortuorum: & ideo ad extirpan-  
dum idolatrię cultum præcepit Dominus, vt sacer-  
dotes minores, qui per tempora certa ministrabant  
in Sanctuario, non inquinarentur in mortibus, nisi  
valde propinquorum, scilicet patris & matris, &  
huiusmodi coniunctarum personarum. Pontifex  
autem semper debebat esse paratus ad ministerium  
Sanctuarij: & ideo totaliter prohibitus erat ei ac-  
cessus ad mortuos quantumcumque propinquos.  
Præceptum etiam est eis ne ducerent vxorem mere-  
tricem ac repudiatam, sed virginem, tum propter  
reueren-

Lib. qui dicitur doctor dubiorum. Et in li. Dux errantium.

Deest solu. tio. 10. arg.

reuerentiam sacerdotum, quorum dignitas quodam modo ex tali coniugio diminui videretur: tum etiam propter filios, quibus esset ad ignominiam turpitudinis: quod maxime tunc erat vitandum, quando sacerdotij dignitas secundum successorem generis conferebatur. Praeceptum etiam erat eis, vt non raderent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facerent incisuram, ad remouendum idolatrie ritum. Nam sacerdotes Gentilium radebant caput & barbam. vnde dicitur Baruch. 6. Sacerdotes seder habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam. Et etiam in cultu idolorum incidebant se cultris & lanceolis, vt dicitur 3. Regum 18. vnde contraria praecpta sunt sacerdotibus veteris legis. Spirituales autem esse horum est, quia sacerdotes omnino debent esse immunes ab operibus mortuis, quae sunt opera peccati: & etiam non debent radere caput, id est, deponere sapientiam: neque deponere barbam, id est, sapientiae perfectionem: neque etiam scindere vestimenta, aut incidere carnes, vt scilicet vitium schismatis non incurrant.

¶ Super Quaestione centesima tertia. Articulus primus.

**I**N articulo 1. q. 123. nota duo. Primum in responsione ad 3. q. sacerdotium ante legem non diuina, sed humana determinatione, dignitas erat primogeniti, vt hinc habeas quam sacrum fuerit. Secundum in responsione ad quartum, quod author non dicit, quod nihil fuerit ante legem immundum iudicatum a Deo quantum ad esum: sed dicit quod non fuit distinctio animalium immundorum a mundis tunc a Deo: hoc enim est verum. Primum autem falsum: quia ad Noe dictum est Genes. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis, & coepit haec obseruantia ante legem, sicut circuncisio.

Hebr. 7.

\* q. 103. articulus 3.

QVAESTIO CIII.

De duratione praecceptorum caeremonialium, in quatuor articulos diuisa.

**I**N DE considerandum est de duratione caeremonialium praecceptorum.

**E**T circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ **Primò**, Vtrum praecpta caeremonialia fuerint ante legem.

¶ **Secundò**, Vtrum in lege aliquam virtutem habuerint iustificandi.

¶ **Tertiò**, Vtrum cessauerint Christo veniente.

¶ **Quartò**, Vtrum sit peccatum mortale obseruare ea post Christum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum caeremonia legis fuerint ante legem.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod caeremoniae legis fuerint ante legem. Sacrificia enim & holocausta pertinent ad caeremonias veteris legis, vt supra dictum est: sed sacrificia & holocausta fuerunt ante legem, dicitur enim Genes. 4. quod Cain obtulit de fructibus terrae munera Domino: Abel autem obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Noe etiam obtulit holocausta Domino, vt dicitur Gene. 8. & Abraham similiter, vt dicitur Genes. 22. ergo caeremoniae veteris legis fuerunt ante legem.

¶ **2 Praet.** Ad caeremonias Sacramentorum pertinet constructio altaris & eius inunctio: sed ista fuerunt ante legem, legitur enim Genes. 13. q. Abraham aedificauit altare Domino. & de Iacob dicitur Genes. 28. quod tulit lapidem & erexit in titulum, fundens oleum desuper. ergo caeremoniae legales fuerunt ante legem.

¶ **3 Praet.** Inter Sacramenta legalia, primum dicitur fuisse circuncisio: sed circuncisio fuit ante legem, vt patet Gene. 17. similiter etiam sacerdotium fuit ante

legem. dicitur enim Genes. 14. quod Melchisedech erat sacerdos Dei summi. ergo caeremoniae mentorum fuerunt ante legem.

¶ **4 Praet.** Discretio mundorum animalium ab hominibus pertinet ad caeremonias obseruariam, vt dicitur Genes. 7. Ex omnibus mundis animalibus tollentur septena: de animalibus vero immundis duo, ergo caeremoniae legales fuerunt ante legem.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Haec sunt praecpta & caeremoniae, quae mandauit Dominus noster, vt docerem vos: non autem indiguitis per his doceri, si prius praedictae caeremoniae fuerint, ergo caeremoniae legis non fuerunt ante legem.

**R**ESPON. Dicendum quod sicut ex dictis patet caeremoniae legis ad duo ordinabantur, scilicet ad cultum Dei, & ad figurandum Christum. Quicumque colit Deum, oportet quod per aliqua determinata colat, quae ad exteriorem cultum pertinent. Determinatio autem diuini cultus pertinet ad caeremonias, etiam determinatio eorum, per quae ordinatur ad Christum, pertinet ad praecpta iudicialia, vt supra est. & ideo sicut inter homines communiter aliqua iudicialia, non tamen ex auctoritate instituta, sed ratione hominum ordinata: ita etiam quaedam caeremoniae, non quidem ex auctoritate cuius legis determinata, sed solum secundum voluntatem deuotionem hominum Deum colentium. Sed quae ante legem fuerint quidam viri praecipui proprio spiritu pollentes, credendum est, quod ex institutione quasi ex quadam priuata lege, induceretur ad certum modum colendi Deum, qui & comites esset interiori cultui, & etiam congrueret ad cultum Christi mysteria, quae figurabantur alia eorum gesta, secundum illud 1. ad Cor. 10. Omnia figuram contingebant illis. Fuerunt igitur ante legem quaedam caeremoniae, non tamen caeremoniae quae non erant per aliquam legislationem institutae.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod hominum oblationes & sacrificia, & holocausta offerebantur antequam legem ex quadam deuotione propriae voluntatis eis videbatur conueniens, vt in rebus quas a Deo ceperat, quas in reuerentiam diuinam offerrent, praerentur se colere Deum, qui est omnium principum.

**A**D SECVDVM dicendum, quod etiam caeremoniae institueruntur: quia videbatur eis conueniens in reuerentiam diuinam essent aliqua loca distincta diuino cultui mancipata.

**A**D TERTIVM dicendum, quod sacramentum circuncisio praecpto diuino fuit statutum ante legem, non potest dici sacramentum legis quasi in lege institutum, sed solum quasi in lege obseruatum. Et hoc quod Dominus dicit 10. 7. Circuncisio non est Moysi sed ex patribus eius. Sacerdotium etiam erat ante legem apud colentes Deum secundum humanam determinationem, qui hanc dignitatem primogenitis attribuebant.

**A**D QVARTVM dicendum, quod distinctio mundorum animalium, & immundorum non fuit ante legem, quae ad esum, cum dictum sit Gene. 9. Omne quod uiuit, erit vobis in cibo, sed solum quantum ad inferiorum oblationem: quia de quibusdam determinatis animalibus sacrificia offerebant. Si tamen quantum ad esum erat aliqua animalium discretio, hoc non erat quod illorum reputaretur illicitus, cum nulla lege edicta esset, sed propter abominationem, vel consuetudinem, & nunc videmus, quod aliqua cibaria sunt immunda & terribilia, quae in alijs comeduntur.